tangit:quasi dicat. Non sum dignus spon
sam christi/que est ecclesia/mihi vsurpare.
Siue alio modo:calciamenta ex mortuis
animalibus fiūt:⁊ quasi calciata ad nos di
uinitas venit:cum morticina nostre carnis
indicta apparuit. Inde quasi Joannes di⸗
cit. Non sum idoneus reserare mysterium :
quomodo diuinitas carne induta est [Ip
se vos baptizauit in spiritusancto et igni]
baptizamur in spiritusancto:non solum cū
quotidie baptismate renascimur : verū eti⸗
am cum per donum eiusdem spiritusancti in
cendimur/ad agenda diuina mandata/⁊ ac
cipimus per septem modos/remissionē quo
tidie peccatorum:baptizamur igne siue qz
spirttussanctus est secundum actus aposto
lorum ignis. Et sicut ignis ligna solet dele
re:sic etiam spiritussanctus peccata:seu eti
am in futuro secundum apostoli dicta bap
tizabimur igne/quia transiemus per ignem
cum ex hoc corpore migrauerimus. Et si cui
us opus arserit/detrimētū pacietur/si cui⁹
opus manserit ipse saluus erit:sic tamen:q̄
si per ignem [Cuius ventilabrum in ma⸗
nu sua] Ventilabrum alio nomine pala ap
pellatur. Dat per metaphoram comparatio
nem de minori ad maiorem:⁊ est species q̄
grece parabola dicitur/genere dissimilium
⁊ dat examinationem siue separationem/qz
per angelos boni a malis segregabunt:seu
tempestatem que preibit vultum iusti iu⸗
dicis in tremendo die [Et mundabit areā
suam] id est ecclesiam suam [et congrega⸗
bit trititium in horreum suum. Triticum
suum vult intelligi electos suos:horreū vi⸗
tam eternam. Unde quidam martir cū tor⸗
quebatur dicebat. Triticum dei sum molor
dentibuu bestiarum [Paleas aūt comburz
inextinguibili] Palee intelliguntur impij:
q̄ nihil bonoꝝ operum habent/sed leues et
faciles ad omnis seculi vanitates inueniū⸗
tur:ipsi conburentur igni: qui non extin⸗
guetur in sempiternum.

¶Tractatus de Baptisatione dñi.



Unc venit Je
sus a Galilea in Jordanē)
tūc subauditur: quādo ipse
populus exiebat ad Joan-
nem. Secundū euāgelia ⁊
chronicas inuenimus/quia Joannes vicesi
mo nono etatis sue anno exijt in desertum
⁊ dñs tricesimo incipiente etatis sue anno
venit ad baptismū/⁊ in tricesima etate om-
nis mundus resurget in quacunq etate q̄s
mortuus fuerit: sic enim dicit apostolꝰ. Do
nec occurramus oēs in virum perfectum/in
mensurā etatis plenitudinis Christi: ⁊ in ta
L li etate Adam creatus est. Ob tres causas
venit dñs ad baptismū Joannis. Una vt ꝑ
aquā iordanis sanctificaret omnium aquaꝝ
fluenta. Scda/vt iustitiā omnis legis im-
pleret ⁊ humilitatis omnibꝰ preberet exem
plum: non dedignatus est baptisari a seruo
suo: sic creator baptisatus est a creatura sua.
Tertia/vt comꝓbaret baptismū Joannis a
seipso ⁊ a patre fuisse preceptū fieri. Joānes
aūt prohibebat eum dicens. Propter humi
litatem/vt dignum erat/obuiā creatori Jo-
annes ista dicebat. Nam nouerat eum a se
baptisandū/vt ipse dixit. Sup quem vide-
ris spm̄ dñi descendentē ⁊ manētem ipse est
qui baptisat. Apparet in hoc verbo/quia no
uerat eum. (Ego a te debeo baptisari). In il
loꝰ verbo/quod dixi superius nouerat Joan
nes/quia dominus suos fideles baptisatu-
rus esset in eo quod dicit. hic est qui bapti-
sat: videlicet quicunq baptiset de fide-
libus suis ipse baptisaturus est per illos.
Respondens aūt iesus dixit ei. (Sine mo-
M do) id est dimitte me modo sic agere/vt ego
baptiser a te/⁊ tu postmodū baptiseris a me
vt qui formam serui suscepi expleam ⁊ humi
litatem eius. Alioquin scito te in die iudicij
a me baptisandum. Sine/verbum est impa
tiui modi ꝙ venit a verbo sino. Modo vero
aduerbium est significans presens tempus
Sic enim decet nos implere omnem iusti-
tiam. Nō addidit iustitiam nature sue siue
legis: sed dixit omnem iustitiam/vt nos illas
omnes intelligamus. (Tunc dimisit eum)
idest tūc ꝯsensit quod antea expauerat. Ut
enim btūs Petrꝰ expauit humiliari creato
rem omnium ad lauandum pedes suos: ita
⁊ iste pertimuit manus mittere sup creatorē
Sed Petro dictum est. Nisi lauero te non
habebis partem mecum. Sic isti dictū est
Sine vt fiat sicut ego volo/⁊ fiet qđ tu vis
Consequens est enim: si non feceris volun
tatem meam/nec ego tuam. (Baptisatꝰ aūt
cōfestim ascendit de aqua/⁊ ecce aperti sunt
celi). Trinitas hic ostenditur/⁊ propter nos
vtiq omnia fiūt: vt nos sciamus quomodo
in dñm patrem nostrum credere debeamus
Ecce dñs noster qui baptisatur: patris vox
testimoniū filio prebentis auditur: spūs ap-
paret in specie columbe. Aperiunt̄ celi non
reseratione elemētorum sed spiritalibus ocu
lis: quibꝰ ⁊ Hiezechiel apertos eos vidisse
se narrat in principio voluminis sui. (Se-
ditq super eum columba) ne quis ad Joan
nem vocem factā putaret. Sicut stella illa
ad hoc fuit creata/vt mysterio dñi tūc deser
uiret/⁊ postea nō comparuit: sic etiam dicūt
de columba/quia ad hoc creata fuit/vt ꝑ eā
spūssanctus monstraret̄ ⁊ postea nō compa
ruit. Sic audiui tradere eū/qui mihi ꝓmus
euangelium exposuit (sed nec Hieronymꝰ
neq Beda de hoc quicq dicūt) ꝙ vera co-
lumba fuerit/⁊ veram carnem habuerit ⁊ ve
rum corpus. [Hic est filius meus dilectus]
non adoptatiuus vt Jsrael/sed ꝓprius quē
āte secula genui. Dilectus singulariter. hec
omnia propter nos monstrata sunt: namq
deus omp̄s pater filium nouerat/ quia vnꝰ
deus erat cum eo. Spūs quoq sanctus in
ipso ⁊ cum ipso erat: quia simul inseparabi-
lis trinitas est/spūssanctus cū patre ⁊ filio.
Sed vt nos trinitatem agnoscamus/⁊ cre
damus vnum esse/propterea hec monstrata
sunt. Quod celi ibi aperti esse monstraban-
tur/indicatur quando homo baptisatur ia-
nua celestis regni panditur: que peccāti ꝓto
plasto generi humano posito custode cheru
rubin clausa erat. Extinguitur enim illa flā
ma: que ibi interposita fuit: cū aquis sacri
baptismatis homo mergit̄: quia spūssanctꝰ

visus est super eum descendisse: hoc monstratur quia per baptismum/ & post baptismum/per inuocationem sacerdotum super vnumquemque fidelem descendat. Quod vero dicit quia mansit super eum: hoc specialiter ad dominum nostrum pertinet: cuius hoc speciale fuit/vt postquam semel eum impleuit/nunquam ab illo recederet: quia ille non effugauit eum de se pro aliquo peccato/vnde immunis fuit. Itaque super sanctos venit/ et recedit ad tempus. Est vero cum eis semper ad custodiam eorum/ & ad conseruandam dilectionem cum proximo/sicut dominus discipulis dixit. in vobis erit/ & apud vos manebit.

¶ De temptatione domini.



Tunc iesus ductus est in desertum a spiritu] quod dicit tunc (quod est aduerbium temporis) respicit ad hoc/quod dixerat. venit Jesus ad Jordanem/ quia ipso tempore post baptismum exijt in desertum & ieiunauit. In ipso namque die sicut tenemus ex traditione maiorum/ fecit de aqua vinum & crediderunt in eum aliqui discipulorum/ & tunc Jesus ductus est in desertum/quia dicit Lucas: Jesus plenus spiritusancto regressus est ab Jordane & agebatur a spiritu in desertum diebus quadraginta et tentabatur

A a dyabolo. Desertus erat locus vltra Jordanem/qui ideo dicebatur desertus/quia non erat aptus ad laborandum. Et quia non erat acceptus/erat derelictus: vbi theodas populum adduxit de Hierusalem quattuor milia. [Ductus a spiritu] scilicet a sancto suo spiritu: de quo dicit euangelista: quia plenus spiritusancto regressus est a Jordane. Dignum fuit/vt illuc eum suus spiritus duceret vbi hunc ad temptandum spiritus malignus inueniret. Exemplum nobis etiam prebens: vt post acceptum baptismum fugiamus pompas huius seculi. vnde fideiussores dedimus in ipso baptismo renuntiaturos nos dyabolo/ & pompis eius. [Ut temptaretur a diabolo]. Postquam dominus iuuenis factus est adhesit illi diabolus temptando sicut et reliquos homines. Sed nunc instauratis armis fortius bellum aggressus est/sicut tradunt doctores. Audiuit itaque in baptismo vocem dicentem/hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit: & voluit explorare si ipse esset/qui per prophetas prenunciatus esset verus filius dei: aut optius sicut de Israhel audierat/filius meus primogenitus israhel. Sciuit vero dominus/quod sathanas magnopere quereret temptare eum/ & quereret locum: & vt fortis preliator non denegauit ei campum in quo posset confligere cum illo. Immo non inuenit diligere eum caput serpentis vltra modum/sicut faciebat Eua: non diligebat feminas sicut faciebat Salmon: non meretrices/vt Samson: non habuit vxorem/vt Job: idcirco non habuit quomodo/vel per quem deciperet eum. Recucurrit ad illud vnde omnis mundus periclitatur: per suggestum ipsius: videlicet de gula/auaritia/ & vana gloria. Accepit de aere/et accessit ad illum/vt videri posset ab homine Dominus autem dedit occasionem/vnde sciebat illum velle temptare. Jeiunauit quadraginta diebus: & postea esuriit. Si non esurisset/forsitan pro illa voce quam audierat: & quia absque peccato videbat eum viuere: ad eum non accessisset temptando. Uidit eum esurientem & estimauit eum inferiorem Moysi & Helia. de quibus nihil tale refertur quod esurissent. & iam quia esuriit/gestu corporis ei permisit videre. Nam aliter diabolus non potest cognoscere cogitationes hominum. B

[Et cum ieiunasset quadraginta diebus et noctibus]. Nisi addidisset noctibus: putaretur diebus ieiunasse/ & nocte manducasse. Sed decem quattuor ducti/ quadraginta faciunt: quia ille decalogum bene custodiuit/ & euangelium quod per quattuor euangelistas expositum est/cum isto coniungit. Hic autem numerus in scriptura sacra penitentie & tribulationi semper aptatur: vt in hoc loco: & in veteri testamento/vbi per quadraginta dies mundus

D

cum aqua delebat: ⁊ populus israel per qua
draginta dies ⁊ annos ī heremo itineris la-
bore fatigabat. Moyses vt legem acciperet
secundo quadraginta dies abstinuit: ⁊ He
lias totidem/vt de persecutionis malo libe-
raretur. Et nos si volumus dyabolum vin-
cere/de persecutionibus seculi huius vel li-
berari/seu etiam ad terram repromissionis
id est ad vitam peruenire eternam. Exem-
plo domini quadraginta dies non solum a
cibis/sed etiam ab omnibus vicijs ieiune-
mus: ⁊ carnem nostram quater decies affli-
P gamus. [Dic vt lapides isti panes fiant].
Simili modo homini vt dixerat primo/gu
state ⁊ eritis sicut dij: sic secundum gulam
temptat: ⁊ post de auaritia: ad vltimum de
vana gloria: quia putauit eodem modo vin
cere sicut illum vicerat/quem deus per se
erudierat. Lucas ordinem historie tempta-
tionis domini tenuit: ⁊ Matheus ordinē
temptationis ade secutus est. Sic enī ade
dixit/gustate: ecce de gula. Eritis sicut dij:
ecce de auaritia: quia auaritia non solum est
de pecunia adipiscenda: sed etiam de hono-
re/quod Paulus insinuat/qui de domino
dicit. Non rapinam arbitratus est/esse se eq̄
lem domino. Ac si aperte dicat: Si natura
illi nō fuisset equalem dn̄o esse/ ⁊ esse volu
luisset/rapina putaretur. Post auaritiā sua
det de vana gloria/scientes bonum ⁊ malū:
quia scire velle malum ad nullum profectū
pertinet/nisi ad vanam gloriam. Eodem or
dine diabolus dominum temptat. Primo
de gula: secundo de auaritia: quando om̄ia
regna mundi ei ostendit: tertio de vana glo-
ria: quamuis eodem Matheus non narrat
ordine. Et notandum quod ille due temp-
tationes in heremo facte fuerunt: illa autem
tertia in Hierusalem supra pinnaculū tem
pli. [Respondit ei Jesus. Non in solo pane
viuit homo: sed in omni verbo dei]. Acsi
aperte dicat: quare suades petere me panem
terrenum: cum de verbo dei possit viuere
corpus ⁊ anima: Ut Moyses per quadra
ginta dies intentus eloquijs dei: ⁊ pas-
tus ex eloquijs dei: etiam in carne non
esurijt: Et Moyses eodē modo di
xit ad filios Jsrahel. Pauit te dominus q̄-
draginta annos Manna: vt scires quia nō
in solo pane viueret homo: sed ex verbo dei
posset refici. Mente vero retinendum nobis
est: quod dominus dixit/non in solo pane
viuit homo: sed in omni verbo dei: vt sem-
per plus solliciti simus pasci de verbo dei
animam ineternum victuram: quam corpus
quandoque moriturum: quia illa anima/que
verbo dei non pascitur: profecto mortua ia-
cet. [Tunc assumpsit eum dyabolus in san
ctam ciuitatem]. Sicut in heremum volun
tarie dominus abijt: sic etiam sanctam ciui
tatem ascendit: vt daret temptatori locum
accedendi ad se. Sanctam autem Hierusa
lem dicitur propter templum domini ⁊ alta
re/ac religionē: seu multos bonos viros: q̄
adhuc ibi erant: nam et post ascensionē do-
mini apostoli omnes quam diu ibi fuerunt
in templo adorauerunt. [⁊ statuit eum sup
pinnaculum templi]. Mos erat in illa pro-
uincia tecta equalia facere: vt homines
desuper ambulare possent ⁊ eo more erat
preparatum desuper templū/ ⁊ habebat in
gyro cancellos: ne quis inuitus deciderē ad
terram. hoc frequenter auditis in euange-
lijs. Jbi soliti erant sacerdotes legem lege
re/ ⁊ turbis deorsum stantibus exponere. hic
ergo de ipso loco suasit dyabolus dominū
exilire ad terram: vt videretur a turbis/et
laudaretur si sanus adstaret. Sicut fuit va
na gloria quando dixit: scientes malum sic
esset vana gloria de alto salire ad terram in
neutro profectus. [Si filius dei es mitte te
deorsum]. deorsum aduerbium est loci: per
omnes temptatiōes hoc inquirit: quali mo
do esset filius dei: vtrum adoptiuus/an pro-
prius. Sed dominus qui exemplum nobis
venerat dare ⁊ ī dictis ⁊ in factis/ ⁊ dyabolū
dubium reddidit/ ⁊ nobis insinuauit: quid
facere debeamus quando temptamur. Vi-
delicet ad mentem reducere verba sacri elo-
quij et nostras temptationes per eadem ver-
ba compescere. Suadet autem diabolus nō
simplici verbo suo/sed cum additamēto scri
pture diuine dicens. Scriptum est quia an-
gelis suis mandauit de te: ⁊ in manibus tol-

lent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum]. Totus iste psalmus de Ezechia rege scriptus est de illa defensione/ quã ei dominus fecit aduersus Sennacherib assiriorum regẽ: ⁊ potest de vnoquoq; electo accipi. quia autem dyabolus purum hominem credebat deum/ ob hoc istud exemplum/ qđ de iusto dictum est/ ei proponebat. [Ait illi Jesus rursum]. Sic iungendũ est rursũ: qr

Q aduerbium est/ et verba euangeliste sunt: ⁊ habet sensum/ iterum. Postea vero inserendum est. scriptum est. quia istud domini verbum/ non illud. Ac si aperte dicat dyabolo/ propterea non debeo nec ego nec alius quilibet homo te auscultare/ q̃a est diuinũ eloquium: quod me omnesq; prohibet pro vana gloria/ ⁊ nullam vtilitatem habentibus deum petere. [Iterum assumpsit euz dyabolus in montem excelsum valde]. Ista tẽptatio in heremo facta fuit cuz prima tẽptatione: ⁊ istum montem vel thabor/ vel Hermon intelligimus: sed verius Thabor. [Et ostendit ei omnia regna mundi/ ⁊ gloriaz eorum]. Sicut deus omnipotens diabolo ad libitum sue temptationis permisit ei superiora que audistis: sic potest fieri/ vt permiserit ei sub vna visione totum mundum ostendere/ eo modo quo ⁊ Beatum benedictum legimus vidisse. Vel alio modo. species q̃dam est/ que frequenter inuenitur in scriptura diuina/ ⁊ vocatur grece sinechdoche/ cũ totum dicit ⁊ pars intelligitur. Uidelicet ostendit ei partem aliquam/ ⁊ promisit ei reliquam cum toto daturum.

R Gloria autẽ mũdi aurum est ⁊ gemme/ inde gloriatur iste mundus. Et regna mundi id est homines ĩ mũdo habitantes: quecunq; habere possũt mundiales homines/ hec est fiducia eoruz: ⁊ tamen nihil aliud faciunt de illo nisi ad gloriandum: ⁊ ad ostentationem possidẽt. Nõ enim inde arant/ aut aliud necessarium operantur: nisi solummodo viuũt/ ⁊ portantes onerant ⁊ custodiũt die hac nocte. [Dixit illi/ hec omnia tibi dabo/ si cadens adoraueris me]. Sicut mẽdatiuz fuit quando dixit ponam sedem meam ad aquilonẽ: et ero similis altissimo/ sic etiam istud mendatium esset: si dominus illum adorasset dicẽtẽ. Hec omnia tibi dabo. Sed dyabolus nõ curat de profectibus seductorum: nec curat nec veretur in futuro mendax haberi: tantuz vt in presenti nunc possit seducere quos vult. Sic fecit de Adam quando dixit/ eritis sicut dij. Sciendum est vero secundum dictum ipsius/ quia cadit omnis qui adorat dyabolum: ⁊ non solum qui adorat sed etiam qui auscultat. q̃a adorare venerari est: q̃a tunc homo illum veneratur: quando eius suggestiones dei mandatis prefert/ ⁊ illum auscultat/ ⁊ dominuz prohibentem dimittit. [Tũc dicit ei iesꝰ/ vade sathanas]. In alijs suasionibus non tam potenter dominus diabolo respõdit sicut ĩ ista: quia nimis superbe locutus est/ quando vel a deo vel a puro homine se iussit adorari: ⁊ quantum peruersus tantum peruersa locutus. dixit ei dominus vade sathanas: hoc in abissum siue in perditionem. Non autem simili respõsione Petrum confutauit: quia illi dixit: vade retro/ hoc est sequere voluntatem meaz. [Dominum deum tuum adorabis]. Adorare duobus modis intelligitur in nostra lingua/ ad- S
orare enim dicimus inclinare. Unde scriptum est/ adorauit regem ille/ vel ille/ hoc est ĩclinauit se. Adorare alio modo/ hoc est cultum debitum domino exhibere de quo scriptum est. Adorauit Salemon dominum. isto ergo modo preceptum est antiquis ne adorarent deos alienos: nec quemquam excepto domino solo: inde ergo dictum est dominum deum adorabis. Adorare est autem/ tota fide dominum credere ⁊ ex totis precordijs diligere/ remissionem peccatoruz petere/ ⁊ omnia bona ab illo sperare presentia ⁊ futura. Grece autem differentius hoc dicitur vbi adorare quod ad deum pertinet pcinisce dicitur πϱοσχεινηϭκαι Adorare qđ ad hominem pertinet clinin: κλινην dicitur [Et illi soli seruies]. Quid est hoc qđ dicit dominus/ illi soli seruies: cum Paulꝰ apostolus dicat per charitatem seruite inuicem? Nunquid aliud dominus precipit/ ⁊ aliud Paulus? Non: Sed ⁊ seruitiuz qđ pertinet ad deum solum ⁊ non ad hominez

T quod nulli alteri impendi debet/nisi deo so
li: videlicet credere illum firma fide/omnem
spem suā in illo ponere/hostias illi offerre/
cultū diuinum illi exhibere / ⁊ reliqua que
ad solum deum pertinent. In greco quoqꝫ
sermone similiter est differentia de hac re.
Siquidē seruitium quod ad hominem ptī-
net duleusis δουλευσισ dicitur / ⁊ seruus
dulos δουλωσ dicit. Illud vero seruitiū
quod ad solum deum pertinet λατρευσισ
vocatur. Unde in cantico Zacharie non di
cit duleusate δουλευσατε sed latreu in λα
τρευ ιν αυτο seruiamus illi. Has discreti
ones debemus scire inter creaturam ⁊ crea-
torem/vt a nullo sancto petamus remissio-
nem peccatoꝝ: sed per eos studeamus impe
trare vt detur nobis a deo: neqꝫ credamus
in aliquem nisi in deum: quia credimus san
ctos sed non credimus in sanctos. [Tunc
reliquit eum diabolus: ⁊ ecce angeli accesse
runt ⁊ ministrabant ei] quod diabolus in
deum suaserat facere/hoc ei fecerunt angeli/
id est adorauerunt eum: vt ostenderent/q̇a
ipse merito adorandus esset non diabolus.
Angeli ministrant vt victoris dignitas cō-
probetur. Omnes istas temptationes dñs
pacientia vicit/vt nobis exemplum preberet
pacientie. Si is/qui creator est ⁊ temptato-
rem suum in abyssum vno verbo mergere
poterat/sustinuit: ⁊ sacri verba eloquij ei re-
spondit: Et nos quando temptamur visibi
liter vel spiritaliter/semper ad memoriam re
ducamus/que precepit deus/⁊ quia creator
est audiendus nō diabolus. Diabolus em̄
V hebraice deorsum fluēs interpretatur: quia
de celo decidit. Grece ꝟo criminator sonat
quod electorum innocentiam fictis crimini
bus accuset. Unde in Apocalypsi dicitur.
Proiectus est accusator fratrum nostrorum
qui accusabat illos in conspectu dei nostri
X die ac nocte. Sathanas ī latinum sonat ad-
uersarius: quia semper contrarius est virtu
tibus sanctorum. Notādum vero quod oīa
testimonia/que in hoc agone dominus ꝑtu
lit/de deutronomio assumpsit: ⁊ rectū fuit/
vt dominus de deutronomio ea sumeret: nā
ibi perfectior lex habetur: quia quod secun-
do fit/melius fit. Deutrononium enim se-
cunda lex dicitur. deuteros grece secundus Y
nomos lex. ⁊ non est separandum u ab e q̇a
tunc habebit sensum quasi sit prepositio de
⁊ utero nomen/sed deutronomium: quia cō
positum est apud grecos ex duobus nomi-
nibus: ⁊ non est feminini generis apud gre
cos sed masculini.

¶ Quod Joanne tradito incipit dominus
predicare.



Um autem au
disset quod Joannes traditus
esset/secessit in galileam]. An-
tequā Joannes traditus esset
predicabat dominus: sed post
religationez eius cepit attentius predicare
ne deesset populo monitor salutis. [Uenit
de heremo] vbi temptatus fuerat. [in naza-
reth] vbi nutritus fuerat. [⁊ relicta ipsa na
zareth] propter incredulitatē. [abijt in Ca
pharnaum in finibus zabulon/⁊ neptalim]
In hac terra primum israel captiuatus est
ab assyrijs/⁊ conuenienter ibi dominus in-
cepit predicare: vbi hostis quondam propt
peccata dominatus est. Zabulon interpre- Z
tatur habitaculum pulchritudinis. Nepta-
lim quoqꝫ idem affirmat qui cōuersantis di
citur: quia antequam deus veniret in hunc
mundum/omnes sedebant in tenebris igno
rantie: sed per Christum orta fuit lux/que il
luminat omnem hominem veniētem in hūc
mundum. Et vmbra mortis nobis erat: q̇a
ad comparationem secunde mortis/vmbra
mortis est in hoc seculo: in futuro vera mors
quia eterna. [Exinde cepit iesus predicare
⁊ dicere] exinde/postquam Joānes missus
est in carcerem: quia cessante lege euangeli-
um successit. [Penitentiam agite/appropin-
quabit enim regnum celorum.] ꝙ domi
nus eadem predicat que ⁊ Joannes/ Ostē
dit se illius esse filiū a quo Joannes missus
est. diximus superius quomodo appropin-
quauerit regnum celorum. Appropinquauit
enim quia iam in proximo erat/post peractā

predicationem/ et passionem/ac eius ascēsionem/Aperienda via ad vitam eternam digne penitentibus: hoc est punientibus in se veterem conuersationem/ et incipientibus nouam. Penitentia namq3/ quasi punientia dicitur.

¶ De vocatione apostolorum C.viij.


Ambulans iesus iuxta mare Galilee/vidit duos fratres.] Diuersa videntur euangeliste de vocatione ista scribere/sed intelligentibus nō sunt contrarij. Primitus factum est qd Johannes scribit: quia beatus Andreas audiuit a Joanne de christo testimoniū/ et venit ad eum et mansit cum illo: et post adduxit fratrem suum Symonem et cognouerunt eum: sed iterum abierunt ad opera sua. Iterum factum est quod Lucas refert. Qualiter ascendit ihesus nauim Petri: et predicauit de ipsa: et post predicationē iussit relaxare retia in capturam: et dixit ad Petrū. Ex hoc iam homines eris capiens. Sed tunc duxit Petrus nauim ad littus/ et secut9 est illum aliquo tempore: et iterum reuersus est ad nauim. Nam ideo eam ad littus duxerat. Nunc vero retibus relictis et naui/secuti sunt eum/vt semper cum illo essent. Similiter intelligendum de Jacobo et Johanne q ante crediderunt in eum/quādo de aqua vinum fecit: sed non sunt secuti cōtinue/ nisi modo. Et dicunt magistri ecclesie: q aliquid diuinitatis tūc resplenduit in facie eius/qd eos ad illum adtraxit/vt continue iā sequerent illū. Tradunt aūt quia tribus vicibus resplenduit ipsa diuinitas in facie eius in hac carne. Unum/qn discipulos vocauit. Alio/qn ementes et vendentes de tēplo eiecit. Tertio/quando transfigurat9 est in monte. Sed tunc tāta fuit ipsa maiestas vt non possent discipuli eā ferre. Unde scriptum est/ceciderunt in facies suas. Quid mare sit galilee in sequentibus dicemus: similiter de apostolis/cum de alijs dixerim9 in catalogo eorum dicemus et de his. [Uenite post me/faciam vos fieri piscatores hominum] Conueniens est predicatio piscationi/quia sicut rete multas maculas habet similiter predicatiō multa testimonia. Sicut illa capit paruos et magnos: ita ista sapientes et insipientes. Mare seculum istud in q homines semper se persequūtur. Sicut cepit pisces Petrus: sic postea homines cū verbo. Ab isto Zebedeo illi duo discipuli zebedei vocati sunt. Zebedeus dicitur donatus/siue fluens. Iste digno eloquio sic vocatus/quia fluxit/ et recessit a predicatione domini: pro qua re et a filijs suis relictus ē [Reficientes retia sua] id est reparantes: quia vetus erat. [Relictis retibus et patre secuti sunt eum. Nunc apparet: quomō cum tota diffinitione secuti sunt eum. Hoc non dixit in alijs apparitionibus.

¶ De primis virtutibus domini C.ix.


Et circuibat iesus totam galileam docēs ¶ Studiū docentis dñi ostenditur: quia non expectabat vt populus ad eum veniret: sz ipse veniebat ad eos: exemplū dans beatis doctorib9 vel episcopis/quid facere debeant de subiectis plebibus. [Docens totam galileam]. In hoc quod dicit totam: ostendit sine personarū acceptione docens presentes/predicans aduenientes. [In synagogis eorum]. Per omnes ciuitates/iudei synagogas agebant in diebus sabbatorum et ceteris festis: in quibus diebus nihil aliud agebāt (preter cibum et potū) nisi lectioni/atq3 orationi vacabant Et synagoga congregatiō dicitur. [Et predicās euangeliū regni] Euangeliū regni/bonū nunciū regni celestis: q2 hoc oēs pdicatores pdicare debēt: q2 p vita eterna adipiscēda cristiani laborare debēt. [Sanās omnē languorem] id est animarū/q2 sicut languet corp9 quādo officia sua nequit pagere/ ita anima q torpet in pceptis dei/ languere dicitur. [Omnem infirmitatē] ad corporū infirmitates respicit: et est species sinedochē

D ta: a toto pars intelligenda. [Abijt opinio eius in totam Syriam]. Opinio/fama dicitur: malum quo non velotius vllum. Syria. hic tyrsus z sydon intelligunt: in qua syri habitabant. [Et obtulerunt ei oēs male habentes]. leuiores infirmitates habentes. [Tormentis comprehensos]. fortiores infirmitates vult ostendere: quia tormenta a torquendo vocantur. [Et qui demonia habebant]. Hoc est de quibus certum erat qua sine intermissione tenebantur. [Lunaticos]. z ipsi demoniaci erant: sed propter
E
infamationem creatoris/ad tempus eos vexabant/z ad tempus eos dimittebant: vt infamaretur creator/qui bonam creauerat lunam. Sūt alique infirmitates/que plus nocent vna luna quam altera. Quia crescit corpus z decrescit cum elementis de quib9 creatum est. Homo namq3 ex terra/aqua igne/z aere factus est. Paraliticus grece. Latine dissolutus dicitur: z qui pro sanguinis effusione officia corporis habet amissa. [Et secute sunt eum turbe multe]. propterea discipulis dixit. ( Messis multa de galilea ) De illa nutritus fuerat. Quia due galilee sunt. Ista iudeorum circa tyberiadem/z stagnum genesar/in tribu zabulon. Altera galilea gentium vicina finibus tyriorum: vbi Salmon dedit hiram regi viginti ciuitates z est in sorte trib9 neptalim: z decapoli. Grecum nomen est/z dicitur decem ciuitatum. Est regio vltra Jordanem. habens decem ciuitates. Siquidem grece polis/latine ciuitas dicitur: deca decem/inde compositu3 nomen decapolis. [Et de Hierusalem ciuitate regia z de iudea]. Judea regio palestine ex nomie iude appellata est: ex qua reges habuit ipsa terra. inicium longitudinis ei9 a vico arsa/vsq3 ad vicum iuliadem porrigitur/latitudo eius a monte libani vsq3 ad tyberiadis lacu3 extenditur. [Et de trās Jordane3]. Videlicet de illis tribus tribubus z dimidia/quibus Moyses dedit possessionem trans Jordanem.

¶ De octo beatitudinibus. Cap. x.



Idens aūt Jesus turbas/ascendit in montem]. Tria refugia sibi dominus elegit/quandocunq3 turbe multe ad audienda v̄ba ipsius conuenerunt. Montem istu3 thabor/z lacum genesar/z templum domini. Sex quoq3 turbe sequebantur eum/diuersa voluntate: primo discipuli propter amorē predicationem eius audiendam. Alij propt̄ sanitatem. Alij propter admirationem: videre eum cupientes miracula facere. Alij ꝓpter indigentiam cupientes saturari ab illo/ vel aliquid elemosyne in denarijs/aut in alia re accipere. Pharisei vero vel ministri eorū ob reprehensionem. [Ascendit in montem]. in superiori montis/secretiora loquens discipulis: in inferioribus autem/turbis: vbi etiam quinq3 milia hominum saciauit. [Et cum sedisset]. Videlicet segregatus a turbis. Sedere dei/est spiritaliter incarnatum eum esse quia quasi contractum eum esse incarnatum hoc est non esse talem/qualis est in sua diuinitate. [Discipuli eius accesserunt ad eu3].
G
Sicut alacres/sicut domestici/ sicut electi de turbis/digni audire mysterium regni celorum: quod turbe audire nequibant. [Et aperiens os suum]. Qui prius ora aperuerat prophetarum. [Docebat eos]. Qui docuerat aliquando p̱ legislatores z ꝓphetas:
F
nunc p̱ semetipsum dicens. [Beati pauperes spiritu]. Non dicit absolute pauperes:
H
sed addit spū: quia multi inuiti sunt pauperes: sed de his dicit qui cum possint esse diuites/ppter deum paupertatem sectantur siue non habent voluntatē habendi: sicut apostoli/ad quos hec loquebat̄. Siue pauperes spiritu/humiles: de quibus scriptum est: z humiles spiritu saluabit. Et de his p̱ Esaiam: spiritus domini super me: ad adnūtiandum pauperibus misit me. ( quoniam ipsorum est regnum celorum ) . Vita scilic3 eterna. [Beati mites]. id est mā̄sueti. Hāc virtutem dominus a se discere iussit dicens

I Discite a me quia mitis sum/ et humil' cor/de. Mansuetus manu assuetus dicitur: h est qui non despiciunt alios: sed omes vt proximos amant et recipiunt: qui non sunt sup/bi/ nec dedignantur ceteros. [Ipsi posside/bunt terram]. Non istam que spinas et tribulos profert: quam crudelissimi et superbi magis possident: sed illam de qua dictum ē Credo videre bona dn̄i/ in terra viuentium Cuius possessorem describens psalmista/ q̄/si pro triumphato dyabolo dicit. Intende prospere/ procede et regna/ pter veritatem et mansuetudinem et iustitiā. etc. Per tria ista/ illa terra domini possidetur: videlicet veritatem: mansuetudinem: et iustitiam. (Beati q̄ lugent) . Est luctus malus pro terreno dā no lugere: quia tristitia huius seculi mortez operatur. Et beatus Gregorius dicit. Absit vt aliquis fideliū de interitu mundi lugeat nec de mundo/ nec de mundana re christianus lugere debet. Est autem luctus bonus quem debent habere christiani. Lugere eorum est/ in q̄bꝫ memores sunt dei precepta p̄terisse/ vel nō egisse que dei sunt: vel proximos suos dn̄t lugere/ q̄ a deo exorbitant. Sicut Samuel lugebat Saul p̄terisse mandata dei. Perfectorꝝ quoqꝫ lugere est p dilatione vite eterne et p desiderio visiōis dei: Qui s̄ aut p recordatione peccaminū suorꝝ/ aut proximorꝝ: seu p futuro iudicio/ vel p peregrinatione a celesti patria lugent/ isti ꝯsolabuntur ꝯsolatione eterna: q̄ terminum nō habebit.

K (Bt̄i q̄ esuriunt et sitiunt iustitiā) . Qui sp faciūt iustitiā: hoc est iusta operanť/ et semp plus cupiunt facere: et quasi faciendi famē paciunť: isti saturabuntur de eternis bonis que oculus non vidit: nec aurꝫ audiuit/ nec in cor hominis ascendit: que preparauit de⁹ diligentibus se. (Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiam consequentur) . Misericordia/ non solum est in re terrena: sed etiaz in spiritali: vt adiuuemus proximos vbicū qꝫ possumus. Qui autem perituro nō sub/uenit. si pōt/ occidit: et equalis ille qui facit et qui facienti consentit vt faciat. Misericor/

L dia autem a misero corde vocať. si aliq̄d non possumus: vel in corde condoleam⁹: hoc de terrenis damnis/ et erga nos commissis. Ceterū q̄ peccat in deum: non est nr̄m remittere: donec deum credamus dimissum habere. Exemplum nobis est resuscitatio Lazari quem discipuli non antea soluer̄t/ quā dominus habuisset resuscitatum: nec pastor ecclie peccatorem potest absoluere a peccatis/ donec resuscitatus: hoc est immutatus fiat in anima. Quam diu aut in voluntate aut in opere talis est, qualis fuit: frustra illi veniaz pmittit peccatorꝝ. De talibus domin⁹ dicit: psonā in iudicio cognoscere nō est bonū Et iterꝝ: non declines cor ad dexteram neqꝫ ad sinistram. Item: si peccauerit vir in virū placari ei potest deus: si aūt in deum peccauerit vir: quis orabit p eo? (Beati mundo corde/ qm̄ ipsi deum videbunt) Illi sūt mū do corde/ quos non remordet consciētia crimina lis peccati: vel qui non cogitant aliud nisi qđ bonū est. Mund⁹ em̄ de⁹ a mūdis corde videbitur in h̄ seclo oclis cordis/ et s̄b quadā imagine in futura vita facie ad faciē (Bt̄i pacifici: qm̄ filij dei vocabunť). Paci

M fici ꝯpositū v̄bū est/ et pace et facio. Illi sunt pacifici/ q̄ primū faciūt pacē in se viciorū: vt non pugnent vicia ꝯ v̄tutes: sꝫ habeāt pacatū deū: deiñ studeāt pacificare proximos su/os in bono nō in malo. Nō em̄ ē bona pax quā mali hn̄t: nec eā iust⁹ dꝫ ꝯsentire/ vel cōsors illius esse: quoniam proximū diligere/ vicium debemus odire. (Beati qui ꝑsecu/tionē patiunť propter iustitiam: quoniā ip/sorū est regnū celorū) . Qui bona faciunt/ et mala p eisdem bonis recipiunt: vt sanct⁹ Lamptus: et sctūs Leodogarius: vel alij innumeri. Sed et q̄ p cristo ꝑsecutionez patiū tur: vt fecerunt omnes martires. (Bt̄i estis cum maledixerint vobis homines: et perse/cuti vos fuerint: et dixerint omne maluz ad uersum vos mentientes: propter me) . Exponit istam octauam beatitudinez: quomodo sustineatur persecutio propter iustitiam. Si male dicant nobis iniuste et mentiātur: si ꝑsequantur iniuste: si dixerint omē maluz mentientes: nam si verum dixerint/ non erimus beati. Et si propter peccata nostra ꝑsecutionē patiamur/ non cōtinuo erim⁹ btīz

sed si patienter sustineamus/et recogno-
scamus qꝛ iuste: ⁊ nõ tantũ quantuꝫ meriti
sum⁹: perueniemus qñqꝫ ad beatitudinem
si futura nõ adcumulemus. [Gaudete ⁊ ex-
ultate/ecce enim merces vestra copiosa est ĩ
celis]. Si bona faciẽtes aduersis tũdamur
certi esse possum⁹ si pacienter sustinem⁹/qꝛ
in futuro mercedem recipiem⁹. Si vero ali
quid boni facimus/⁊ prospera nobis arri-
dent: timere debemus ne pro bonis que feci
mus/hic mercedem recipiamus. Si autem
⁊ mala facimus ⁊ ꝓspera habem⁹/de infer-
no certi esse possum⁹. Si etiam ⁊ male habe
mus: ⁊ tamen de ipis malis murmuram⁹:
certi sumus/quia de his malis ad peiora ꝑ-
ueniemus. Omnes istas beatitudines cri-
stus compleuit: quia nihil docuit/nisi q̃ añ
ipse compleuit. Pauper fuit ⁊ rebus et cor-
de/qui ait. Filius hominis non habet/ vbi
caput suũ reclinet. Mitis fuit: qui dixit. dis
cite a me quia mitis sum/⁊ humilis corde.
Luxit aliorũ peccata: qui videns ciuitatem
fleuit sup illam. Esuriuit ⁊ sitiuit iustitiam
qui dixit/meus cibus est/vt faciam volunta
tem pr̃is mei. Misericors fuit: qui dixit/mi
sericordiã volo/⁊ non sacrificium. Mundo
corde fuit: qui dixit. Sancti estote quia ego
sanctus sum. Pacificus fuit: q̃ dixit. pacem
meã relinquo vobis. Persecutioneꝫ passus
est: q̃ dixit. si me persecuti sunt/⁊ vos perse-
quent͛. Sic eñ persecuti sunt prophetas q̃
fuerũt ante vos. Samuel de principatu eie
cerunt: Esaiam secuerunt: Heliam de terra
eiecerunnt: hieremiã lapidauerũt: ⁊ nõ fuit
bonus a seculo/q̃ persecutionem non susti-
nuit in seculo. Ideo gaudete in persecutiõi-
bus/si vultis esse socij in beatitudinibus.
[Vos estis sal terre]. Sal dictũ est/eo ꝙ
igne exiliat. Sunt autem multa genera sa
lis. Est tñ naturalis/necessaria ad omnẽ es-
cã. Pulmentis eñ saporẽ dat: excitat auidi
tatẽ ⁊ appetitũ in oĩb⁹ cibis: Ex eo q̃ ꝑpe
oĩs victus/delectatio/⁊ summa hylaritas
Omnes pecudes si semel gustauerint/delec-
tant͛ eũ: Corpora astrigit ⁊ siccat: defuncta
etiã a putrescendi labe vindicat/vt durent.
Omis ista natura spiritalit͛ cõuenit docto
rib⁹. faciũt eñ doctorib⁹ auiditatẽ spiritalis
cibi: scripture/que ante viles nobis erant:
eoꝝ reseratione delectabiles nobis fiunt: ap
petit͛ ab oĩb⁹ aĩalib⁹: quia ⁊ doctrina apo
stoloꝝ suscipit͛ ab oĩb⁹ gentib⁹: Restringit
corpora sicut fit ꝑ doctrinã: vel luxuriosi ca
sti fiunt: fugat muscas. i. dyabolos. Et ideo
iure dixit illis dominus/vos estis sal terre/
id est habitantib⁹ in terra. Qđ si sal euanu
erit: in quo saliet͛? Si doctor errauerit: a q̃
doctore emendabit͛? Ad nihil vltra valet:
nisi vt mittatur foras/⁊ conculcetur ab ho
minib⁹. Sicut sal in oĩb⁹ agris nociuum
est: quia sterilis efficitur oĩs terra ab eo.
Unde ⁊ in subuersis ciuitatib⁹ hoc legim⁹
aspersum: ne quis ibi postea vellet manere:
qđ Abimelech fecisse legimus: ⁊ helio Adri
ano de hierusaleꝫ. Hac similitudine/si do
ctor ad heresiꝫ ꝯuersus fuerit eijcitur de ec
clesia/⁊ habet͛ cõtemptui ab oĩb⁹/ita vt
nec aue ei dicat͛: sed ab oĩb⁹ execret͛: sicut
Paul⁹ dt: hereticũ hominẽ post primã ⁊ se
cundam correptionẽ deuita. [Vos estꝫ lux
mũdi]. Estis lux participando lucem illã de
qua scriptũ est. Erat lux vera q̃ illumiat om
nẽ hominẽ. Sicut eñ per lucẽ oĩa noxia
fugant͛: fures videlicet/⁊ nociue bestie/ac fã
tasmata demonũ: similiter per predicationẽ
apostolorum omnia nociua animarũ detec-
ta sunt/⁊ reiecta: ⁊ illuminata corda creden-
tiũ. [Non potest ciuitas abscõdi/supra mõ
tem posita]. Ciuitatem/ecclesiam dicit edi-
ficatam super dominum: quam debent apo
stoli innotescere cunctis gentib⁹: vt congre-
gentur ad eam: si non corpore/corde omnes
electi ei⁹/vt dicatur catholica/id est vniuer-
salis. [Neqꝫ accendunt lucernam ⁊ ponũt
eam sub modio: sed super candelabrum].
id est doctrinam euangelicam/excelsam in
predicatoribus: vt innotescat omnibus per
fecte: qui in ecclesia sunt. Nec debent eam
ponere sub modio/id est timore aliquo: vel
metu alicui⁹ abscondere: sed vt videãt ope-
ra vestra bona ad edificationẽ ⁊ profectum
animaꝝ suarum. Et glorificent patrẽ vestrũ
q̃ in celis est: non vos q̄rentes laudari: sed
deũ cui⁹ donũ est/si quid in vobis boni est

[ Nolite putare/quomodo veni soluere legē aut prophetas ]. Putare dicit estimare soluere dissoluere siue adnihilare. Non veni soluere sed adimplere/idest/vbi bene non intelligebatur veni exsoluere: sicut est de dimittenda muliere. Ubi perfectio deerat/volo addere: sicut est de homicidio: quia τ irā volo primitus resecare. Nam sicut beatus Augustinus dicit. Omnia quecunqꝫ in veritate precepta sunt antiquis/absqꝫ figuralibus preceptis: τ ea que legislator secundum duriciam cordis eorum eis concessit: Alia tenenda sunt. τ ex hoc loco hoc affirmat. [ Amen dico vobis ] idest verum dico vobis. [ Donec trāseat celum τ terra/iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant ]. ac si dicat. Usqꝫquo celum τ terra trāseat etiam ea que per iota τ apicem significantur in lege non preteribunt/sed perficientur a meis electis. Jota autem τ hebreum est τ grecum: hebraice dicitur iot/grece iota/latine i. Apex autem titula dicitur/que in aliquibus litteris apud antiquos super quibusdam litteris ponebatur/siue causa differentie siue vt ostenderetur geminandam esse litteram. Uerbi gratia/populꝰ qn̄ gentem significat non ponebatur: quando vero arborem significabat/tunc ponebatur apex desuper: vt admoneret lectorem ab vsitato intellectu recedendum/τ longam esse syllabam. Geminationis quoqꝫ causa ponebatur vt in alleluia quia duo l ibi esse debent: scribebaturqꝫ vnum τ apex desuper/exinde intelligebatur geminandam esse litteram. Luia: quoqꝫ similiter super i vt ostēderet geminandam esse illud i. Ostendit ergo dominus tales differentias non pretereundas in scriptura diuina: quia si negligerentur/sensus quoqꝫ vna interiret. Alio intellectu/i/ iota idest x apud grecos decē significat sine apice: cum apice decem milia. Exinde conijcere possumus/quod decem verba legis nisi a nobis spiritaliter custodiantur/decem milia talenta a nobis exigenda: secundum illam parabolam domini de seruo/qui oblatus est regi decem milium talentorum. Secundum latinos i vnum significat: apex desuper mille demonstrat. Ex quo credere possumus/mille quadrantium τ vnius nos debitores fore: τ non exituros/donec illum vnum reddamus. Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis τ docuerit sic homines/minimus vocabitur in regno celorum. Acsi patenter dicat. Omnis doctor qui soluerit idest dissoluerit τ spreuerit vnum de mandatis istis minimis/siue non fecerit: minimus vocabitur in regno celorum/idest/in presenti ecclesia. Quia cuius vita despicitur/restat/vt eius predicatio condempnatur. Qui autem fecerit τ docuerit magnus vocabitur in regno celorum. Quia dignum est/vt qui verbo τ exemplo edificant ecclesiam/in bonore habeantur: sicut τ Paulus dicit. Presbiteri duplici honore digni habeantur/maxime qui laborant in verbo.

¶ De adimpletione legis.



Dico autem vobis ]. Modo incipit legem adimplere. [ Nisi abundauerit iustitia vestra plusqꝫ scribarum/τ phariseorum/ nō intrabitis in regnum celorum ]. Justitia phariseorum est non occidere/non adulterare/non facere furtum/decimas τ primitias dare ex omnibus que possident. Justitia Christi τ omnium christianorum est/non odire/non concupiscere/proximum propter deum amare/persequentes ex animo diligere. Sensus igitur talis est. Pharisei homicidia/furta/pro crimine habent: discipuli mei etiam cogitationes/τ verba iniqua deuitent [ Qui autem occiderit/reus erit iudicio ]. subauditur mortis [ Audistis quia dictum est antiquis/nō occides ]. Ecce iustitia phariseorū. [ Ego aūt dico vobꝫ. Ego nonꝰ hō/noua precepta vobꝫ pono. Quia omīs q̄ irascit̄ fratri suo/reus

erit iuditio]. Ecce iustitia cristianorum. Ea pena reus habetur in euangelio qui fratrez suum odit qua in veteri habetur qui occidebat aliquem. Et sciendum vbicunqꝫ in hoc libro positum est antiquis/subauditur patribus: illud approbat deus: ꝛ vult vt illud custodiatur: donec transeat celum ꝛ terra. Illud vero vbi non est additum antiqꝫ: nō precepit deus: sed Moyses concessit populo adhuc rudi ꝛ carnali: quibus si illud precepisset: intellexit non esse facturos/sicut dicit dominus de muliere dimittenda. [Moyses enim ad duriciam cordis vestri scripsit vobis: ab initio autez non fuit sic: qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit consilio]. Totum est istud iustitia christianorūz: modo tulit iram absconsam de corde: modo aufert sub maiori pena iram cum voce. Racha interiectio est apud hebreos: ꝛ tantummodo iratum amicum demonstrat: ꝛ potest dici inanis seu absqꝫ cerebro: quam iniuriā in vulgata locutione in vsu habemus: quia qui cerebrum non habet ꝛ non est sane mētis: quasi dicat/quemcunqꝫ ira commouerit ira/vt in voce eam ostendat proprio suo plus est plectendus quam ille qui in corde irat⁹ non protulit in voce. Et ideo iam consilium de illo est habendum qua pena plectendus sit. Sicut creuit ira sic crescit ꝛ pena. In primo ira absconsa/ꝛ mors cum gladio cito finienda. In secūdo/ira cum voce: iam excogitatio generꝫ est tormenti/quomodo moriatur ille. ¶ In tertio ira cum improperio/ꝛ diffinitio quot penis infernalibus tradēdus sit. Rachus quoqꝫ grece pannosus dicitur: sed superior intellectus melior. [Qui autē dixerit fatue]. Subauditur sicut ī superioribus/fratri suo. Nullus enim alius nobis frater est: nisi qui eundem patrem nobiscum in celis se confitetur habere. hoc est omnis christianus. [Reus erit gehenne ignis]. Jam de isto qui cum ira in viciū fratris prorupit non tenetur consilium: sed apta sententia vltricibus flammis deputatur. Et qua ratione fatui nomen imponitur fratri: quia similiter credit in deuz/sicut ꝛ nos et spiritumsanctum se habere confidit ꝛ qui enim non honorificat fratrem suum iniuriā facit spirituisancto qui in illo habitat sicut Petrus ad Ananiam loquit. non es mentitus hominibus sed deo. [Si ergo offers munus tuum ad altare/ꝛ ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliqd aduersum te]. Munus hoc in loco non solum de sacrificio: sed ꝛ de omni oratione accipit. Quia ꝛ in ipsa oratione dicimus: dimitte nobis/sicut ꝛ nos dimittimus. Quod vero ait/quia frater tuus haber aliquid aduersum te: hoc est si habet aliquid iuste querele auersum te: quod tu leseris eum in aliquo [Relinque ibi munus tuum ante altare: et vade pri⁹ reconciliari fratri tuo.] si prope fuerit pedibus corporis eundum est: si autem longe fuerit: animo eundum ꝛ domino ꝑmittendum: quia vt citius potueris/ꝛ corpore eundum sit ꝛ emendandum quodcūqꝫ ei malum intuleras. Et tamen multi verbo veniam petunt: ꝛ malum quod ei intulerūt non emendant: non est talis venia deo accepta/quia sicut beatus Jeronymus dicit de iuda. Quia si opus non destruit homo vel non emendat: frustra postulat penitentiam. peccatum ipsius crescit quotidie: licet ipse sit mortuus ꝛ ille vult habere veniam. Verbi gratia quidam acquisiuit hominem iniuste vel tulit allodium alicuius et venit ad confessionem/et dicit mea culpa/peccaui in tali facto/da mihi penitentiam: et dicit illi. Abstine tanto tempore a vino ꝛ carne. O quam aperta seductio: nepotes illius seruiūt omni die ꝛ in fine mundi: aut centum aut ducenti erunt serui de illo vno: Et iste seductor dicit illi/saluus eris Allodium et aurum/quod tulit ipse habet: et abstinet a suo vino: vnde accipiet cras solidos plures quam si bibisset. O dyabole confessor/si nescis illum saluare/vt quod scis te ipsuz perdere? Debueras dicere. destrue opus/et accipe tunc penitentiaz: quare plus amasti aurum quam dominum/q̄ tibi ista ꝓhibuit: nonne dyabol⁹ qn̄ anima ei⁹ egredit a corpe in malo erat/ꝛ ad huc malū crescit: nōne dicit Johannes. pctm̄ vsqꝫ ad mortem: non dico vt roget quis pro eo:

Stulte lignum in quam partem ceciderit/
ibi manebit. Utrunqꝫ autem possumꝰ di
cere: ⁊ reconciliare fratrem tuum/ [Hoc est
ad te illum reducere in pace: ⁊ reconciliari
fratri tuo/ hoc est te illi reconciliari. [Esto
consentiens aduersario tuo] Aliqui exponūt
hoc verbum super diabolum: vt simus be-
nigni cum illo: ne faciamus mala/ quia tūc
ille amplius cruciabitur pro malis que no-
bis suggessit: quam de inimicis nostris. vn
de superius precepit/ vt reconsiliaremꝰ nos
cum illis: ⁊ infra precepturus est/ diligite in
imicos vestros: nam vt in greco eunuon ευ
νουν habet id est beniuolum: ⁊ ita po-
test recte accipi/ vt cum omnibus hominibꝫ
quantum ex nobis est pacem habeamꝰ. Sꝫ
⁊ de verbo euangelij non inconuenienter
potest accipi/ qui quasi aduersarius noster
est: quia ea precipit que contraria sunt volu
ptatibus nostris. Ueruntamen melius est
vt concordemus cum eo dum sumus in cor
pore/ ⁊ in via istius seculi: ne forte condemp
net nos ipsum verbum: cui nō obediuimꝰ/
⁊ iudex angelus tradat nos ministro dya-
bolo/ qui nos mittat in carcerem penarum
eternarum. Amen dico tibi/ non exies inde
donec reddas nouissimū quadrantem. Do
nec/ hic etiam pro eterno ponitur. quia qui
in infernum introierit vlterius non exibit.
Quasi dicat ineternum non exies inde: et
ibi persolues tormēta pro minimis ēt pecca
tis: que per quadrantem intelliguntur. qua
drans enim genꝰ nū mi est/ qui habet duo
minuta/ id est quinqꝫ denarios/ ⁊ similiter
hebrayce vocatur. Unde in vno euangelio
mulier quadrantem/ in alio duo minuta/ mi
sisse in corbonan scribitur. [Audistis quia
dictum est antiquis/ non mechaberis. Ego
autem dico vobis: quod omnis qui vide-
rit mulierem ad concupiscendam eam: iam
mechatus est eam in corde suo]. Ego qui le
gem dedi per Moysen/ quod deerat adim
pleo qui viderit ad hoc/ vt deliberet se ita
velle facere: iā tenet reꝰ in conspectu domi-
ni. Dicit beatus Hieronymus qꝺ aliꝺ est
R passio/ aliud propassio/ aliud quod temptat
ex dyabolo vel ex carne: ⁊ tamen non deli-
berat vt ita faciat: non tenetur reus in con-
spectu dei. Exemplum possumus capere
de latrocinio. Si quis tactus fuerit quod
velit equum alterius furari: ⁊ tamen nō mit
tit in effectum: temptatus per suggestionem
est: sed non per effectum. Si quis cogitat
⁊ deliberat vt faciat si potuerit/ locus illi de
est: sed in cōspectu reus tenetur. ⁊ de tali di
citur. iam adulteratus est eam in corde suo
vel furatus. [Quod si oculus tuus dexter
scādalisat te/ erue eum ⁊ proijce abs te]. Per
oculum ⁊ manum ⁊ pedem/ spiritales con-
cupiscentias intelligere debemus: vt quā
do videt oculus ⁊ concupiscit: illum oculū
abscidamus/ id est concupiscentiam: similiť
de pede ⁊ manu. Alio etiam sensu per ocu-
lum manum ⁊ pedem parentes ⁊ amicos in
telligamus: vt si aliqui sint qui in via dei cō
trarij sint nobis ⁊ non possimus eos cōuer
tere melius sit illis carere ⁊ illorū amicitia
quam offensam dei incurrere. Unde et de
summo sacerdote precipitur: vt neqꝫ ꝑ patre
neqꝫ pro filijs polluatur: nisi illum immacu
late custodiat/ cuiꝰ cultui dedicatꝰ est. [Di
ctum est autem: quicunqꝫ dimiserit vxorē
suam/ det illi libellum repudij]. Ecce nūc
non habetur antiquis subiunctum: idcirco
manifestum est (sicut in posteriori parte di
cet) quod Moyses ex suo hoc dixit: non tñ
deꝰ mādauit. Cognouit eñ legislator q̇a si
viuerent/ antequam velint tenere illas qꝺ
occiderent eas: et iudicauit melius fore se-
parationem/ quam homicidium. Libellum
autem cartā dicit repudij id est separatio-
nis: quia repudio reijcio dicitur: ⁊ repudi-
um est/ quod testimonio testium datur/ aut
mittitur. Ego autem dico vobis: quod
omnis qui dimiserit vxorem suam/ excepta
causa fornicationis: facit eam mechari: et q̇
dimissam duxerit/ adulteram. Simplex do
mini preceptum est: quod si et propter forni
cationem dimiserit/ nec ille debet aliam ha-
bere/ quoadusqꝫ illa viuit: nec illa alium
Si autem legaliter occiderit eam in iudi-
tio: tunc potest alteram habere. Similem
aūt legē habet vir cū vxore/ sicut mulier cū
viro: vt si vir mulierē adulterauerit nō pos-

set eam occidi nisi ⁊ ipse moriatur: quia simi
liter reus est de adulterio. Si vero in mo-
nasteriũ abire voluerint/ neuter aliũ potest
dimittere: nisi ambo voluerint. ⁊ neuter ha
bebit socium: quamdiu ambo viuunt. Ite-
rũ dictũ est antiquis. [non periurabis: red
des aũt domino iuramenta tua]. Ne iudei
per idolorum nomina iurarent: permisit eis
dñs iurare per nomen suũ nec nobis etiam
inhibuit: sed perfectionem nos docuit: ꝙ
ea fides sit habenda in christianos/ vt non
sit necesse testem nomini domini interpone
re. periuriũ nobis ⁊ illis ꝓhibitũ est. De-
bemꝰ enim dicere non peierabis sine. r. q̄a
in verbo non habet/ r: sed peiero ⁊ deiero di
T cimus. Peierare male iurare: deierare/ val-
de iurare. Jurare est namq;/ quasi iure ora-
re: qđ deniq; dicit. reddes domino iuramen
ta tua/ hoc est ad illũ referes vt per nomẽ eiꝰ
iures: ⁊ nõ per noĩa deoꝝ externoꝝ. q̄dã iu
rant in arte/ ⁊ putant non esse periuriũ: sed
tamen sic deus accipit illud sicut is cui iu
V ratur: etiam si nulle reliquie sanctoꝝ ibi ha
beant/ q; maiꝰ est nomen domini/ quaz cor-
pora sanctoꝝ. Etenim deꝰ nõ reputauit Se
dechie aliđ qñ Nabuchodonosor iurauit:
nisi q̄a nomen domini despexit/ qñ illđ pe-
ierauit: dicens. Juramentũ qđ spreuit/ po-
nam super caput eius: ⁊ tradam eũ in manu
Nabuchodonosor. ⁊ tamen non credebat
in deũ: is cui iuratũ fuerat. Sed q; ille no-
Et cum venisset Jhesus in domū Petri: vidit socrum Petri iacentem ꝛ febricitantem]. Socrus dicitur Petri mulier/cuius filiam habebat beatus Petrus. Alius euāgelista dicit/ꝙ rogauerūt illum pro ea. [Et stans super illam imperauit febri: ꝛ dimisit eam]. Aliquando expectat dominus p̄ces rogantium. Aliquando vltro curat egrotos volens vt maiores gratias deo referant ꝓ quorum precibus facit: ꝛ adhuc hodie ea q̄ nobis habet disposita re/vult se pro his rogari a nobis. [Et tetigit manum eius/ ꝛ dimisit eaz febris]. Quia duo discipuli sui dilecti pro ea rogabant: ꝛ verbo febrem fugauit: ꝛ manum surgenti porrexit. [Et surrexit ꝛ ministrabat eis]. Naturale est omnib⁹ febricitantibus cum omissi fuerint a febre/maiorem molestiā infirmitatis ꝛ lassitudinē sentire: ꝛ quasi semiuiui iacere. Sed vt ostenderetur/quia aliter ille sanabat: alij medici terreni/omnes quoscūq̄ sanabat in momento temporis sanabat: ita vt nec vestigiū preterite infirmitatis remaneret. Uñ ꝛ ista cum surrexit/ statiz cepit ministrare domio. significat hominem oppressum ab aliquo peccato luxuria/seu auaritia: pro quo si orauerint boni amici sanabitur ab ipsa febre/ in tantum vt domino ministret/qui ante dyabolo ministrabat faciendo voluntatez ei⁹. [Uespere autem facto obtulerunt ei multos demonia habentes]. Quia sabbatum ipsa die fuerat/non fuerunt ausi ante vesperam pro

pter sabbatum adducere infirmos/maxime
demoniacos:quos non poterant aliter ad-
ducere/nisi ligatos/⁊ cum vi. Typice figu-
ratur.quod quando occubiturus erat/q̃ ve
rus sol erat in cruce/sanaturus esset omnez
mundũ. Lucas de his dicit/quod confiten
tur illum cristum/vel temptando sicut ante
magister eorum fecerat dicens. Si filiꝰ dei
es. Uel signorum magnitudine cognosce-
bant illũ. Sequitur. [Ut adimpleretur qđ
dictum est per Esaiam ꝓphetã. Ipse infirmi
tates nostras accepit/⁊ egrotationes porta
uit.] De vtrisq̧ infirmitatibꝫ accipi valet
⁊ de his de quibus nunc dixit liberasse illũ
illos: ⁊ de infirmitatibꝫ animarũ / de quibꝫ
omni die multa milia liberat.

¶ De repulso Scriba/et pauperie dñi.
Capitulum .xviij.



Idẽs autẽ tur
bas multas circum se/ iussit
ire trans fretũ]. Superius
dixi dominum ob turbaruz
affluentiam tria sibi refugia
eligisse Pinnaculum templi/ ⁊ lacum istum
⁊ montez thabor. [Cum vidit multitudinẽ
iussit ire trans fretũ]. Fretũ a feruẽdo dic-
tũ. qm̃ cottidie videbãt signa in terra p que
poterant agnoscere/qđ ipse creator terrarũ
⁊ hominũ esset: mallebat/vt scirent etiã ip-
sum deum maris/⁊ omniũ creaturarũ. Non
iuxta paganos alium deũ celi ⁊ terre/alium
maris: sed ip̃m vnũ per quem om̃ia facta sũt
visibilia ⁊ inuisibilia. [Et accedens vnꝰ scri
ba/ait illi]. Scriba iste litteratus etiaz / vt
grece dicitur grammaticus erat: ⁊ visa signo
rum magnitudine/cupiebat dñm sequi que
stus causa: sicut ⁊ Symon magus. Appa-
ret hoc in suis verbis/q̃ neq̧ deũ neq̧ dñz
sed magistrũ vocat: estimans eum similẽ fo
re alijs hominibꝫ. [Et dicit ei Jesus. Uul-
pes foueas habent/⁊ volucres celi nidos].
Ac si ei dicat. Quid me vis sequi lucri cau
sa: cũ tante paupertatis sim: vt quod bestie
parue/⁊ volucres celi hñt/in ꝓprio careã: vi-
delicet nec vbi lectũ faciã: nisi in alioꝝ man
sionibꝫ hospitando: victu ⁊ vestitu conten-
tus sim. Alius aũt de discipulis eiꝰ/ait illi
Dñe ꝑmitte primũ ire ⁊ sepelire prẽm me-
um. Iste ⁊ melius credidit: ⁊ meliori deuo-
tione sequebat̃/q̃ dixit dñe. Et iste meliori
voluntate erat/qui mortuũ quãuis biotha-
natũ sepelire gestiebat. [Ait illi Jesus. Se
quere me / et dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos]. Duobꝫ modis mortuus dicit̃. L
Mortuus corpore: mortuus anima. Sz ve
his qui vtroq̧ modo mortui sunt: quia irre
parabiles sunt. Nam qui anima solum mor
tui sunt: possunt si festinent adhuc resuscita
ri/si ꝓmittant ex toto corde emendationem.
De talibꝫ Salomon. Melius est canis vi
uus leone mortuo. Nam de mortuis solum
mõ corpore scriptũ est. Beati mortui/qui in
dño moriunt̃. Ille ergo ad quẽ sepeliendũz
discipulus ire volebat/aĩa ⁊ corpore mor-
tuus erat: ⁊ illi qui iuxta eũ erant aĩa mor
tui erant. Et poterat euenire/vt si discipulꝰ
ad mortuos in aĩa abiret: ⁊ ipse animo mo
reret̃. quia cum sancto sanctus solet q̃s fieri
⁊ cũ ꝑuerso peruerti. Dimitte vt mortui aĩ
ma/sepeliant mortuũ corpore ⁊ aĩa. Et q̃a
dicit mortuos suos: põt fieri vt ipsi eũ ani-
mo occiderint per malum exemplum. Qui
alicui malum exemplum de peccato crimi-
nali prebz/occidit eum: si sequax illiꝰ fuerit.

¶ De tempestate in mari. Capi. xix.



Scendente eo ĩ
nauiculã secuti sunt eũ disci-
puli eius]. In his lacubus
nõ solent magne naues fieri
ꝓpter impetus tempestatũ/sed
minores: ⁊ vix duodecim hoĩes solent reci-
pere: ob hoc dixit. ⁊ secuti sunt eũ discipuli
eius. Nam turbe sequerent̃/si naues habu
issent. Sed a foris steterunt ⁊ miraculum
de longe viderunt. ⁊ cognouerũt ꝙ non vt
quidã dixit de Octauiano. Diuisum im-
perium cum Ioue cesar habes : sed celũ cũ
terra/⁊ mare ⁊ omnia que in eis erant in po
testate habebat. [Et ecce motꝰ magnus fa
ctus est in mari]. Plus solent tempestates
nocere in his stagnis/quam in fluminibus

quia aque que non corruunt si modicā cō- motionem habuerint/eo fit valentior mot⁹: ita /vt nisi cito ad ripam fugerint /periclitē tur.[Ita/vt nauicl'a operiret fluctib9]. Co- operta erat ita/vt non videret ab his qui in terra stabant/propter altas vndas iuxta se. [Ipse vero dormiebat]. Vtraq3 natura in h miraculo indicat/⁊ dei ⁊ hominis: dei/q̇ ma ri ⁊ ventis imperat: hominis/q̇ dormire nar rat. Jonas intelligens pro se mare cōmotū descenderat ad interiora nauis dormire: vt cū non videret eū mare/requiesceret in repe tendo illū per fugam dei. Iste secund⁹ io- nas descendit dormire/vt posset mare/argue re discipulos pro modica fide. Mare de io na quasi dicebat/in ista naui est quem ego quero. Istud mare quasi aiebat/ille dormit in quo vos habetis fiduciam. Non credit3 quia vigilet diuinitate? propterea mittem⁹ vos in timorem. Si sic perfecti fuissent / sic postea fuerunt/dixissent: non timemus : q̇a non audetis mergere dn̄m ⁊ creatorem ve- strū. Dormiebat corpore/sed cōcitabat ma re ⁊ ventos: ⁊ discipulos in timorem mitte- bat [Et accesserunt ⁊ suscitauerunt eū dicē tes]. Turbauit Jonas/sed inuitus : turba uit iste/sed voluntarius. Voluerunt fugere naute cū Jona: sed non permisit mare/qua si dicens. Reddite per fugam/vt mittam il- lum in carcerē/⁊ ite cū pace. Volebant isti fugere: ⁊ quasi diceret mare/nisi crediderit3 quod deus noster sit/non effugietis. Re- currerunt ad hoc quod assueti erant/ad cor pus quod videbant: non fuerunt perfecti vt dicerent: qui creauit vos vigilat: hic nobis cū est: q̇ dormit de sancta Maria natus est non tamen audetis illū mergere. [Domine salua nos perimus]. Non sobrie/sed immo derate sicut cum timore suscitauerunt eum dicentes. Salua nos perimus. Et Jonas cū surrexit liberauit socios. Sed iste per po tentiam: Jonas per suam deiectionem. [Et dixit eis. Quid timidi estis modice fidei].

M Modice fidei est/qui non est perfectus in charitate: vel modice fidei esse apostoli di- cuntur/qui presente creatore timebāt. [Tūc surgens imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta ē tranquillitas magna]. Dixit mari. tace : et vento obmutesce: ⁊ non precando sicut pa gani/qui ventum adorant: sed īperando ius sit quiescere. Et inde sequitur. [Quia ho- mines mirati sunt]. Ante quidem factū fu erat: vt multi tempestatem passi/oratiōe ea3 repellerent: imperio nullus ante ipsum. [Et facta est tranquillitas magna]. Ad hoc q̄d supra dixerat/motus magnus factus est: ad hoc iterum dicitur / facta est tranquillitas magna. Qui iussit fieri motū magnū/prece pit fieri magnam tranquillitatem : ⁊ omnis creatura cognoscit suū creatorem. Homies q̇ mirati sunt naute intelligunt. Vel si apo- stolos velis intelligere/quia timuerunt pre- sente domino: ideo homines appellantur. [Qualis est hic]. Subaudi quam mag- nus/q̇ imperat insensibilibus creaturis /et- obediunt ei. Lacus ille/istud secl'm signifi cat: nauis ecclesiam: Ipse est in ecclesia sua semper presens: sicut dixit. Ecce ego vobis cū sum: vsq3 ad consummationem secl'i. S3 aliqn̄ ita permisit affligi eos q̇ in eccl'ia erāt a persecutionib9 perfidorum/vt dicerent hi qui in ea erant. Exurge quare obdormis domi ne/exurge/ ne repellas in finem : sed exure xit/⁊ fecit ecclesie sue magnam pacem

¶ De sanatis duobus demoniosis. Capitulum. xx.



Et cum venisset trans fretū: in regionē gera sanorum]. Gerasa vrbs est pre- clara in Arabia trans Jor- danem: que fuit in tribu ma nasse: non longe a stagno tyberiadis. [Oc currūt ei duo hn̄tes demonia/de monumen tis exeūtes: seui nimis]. Scd̄m hystoriam sic fuit: scd̄m allegoriam duos populos sig nificant / q̇ in pctīs dediti erant: ⁊ in mortu is opib9: hoc est in pctīs delectabant. [Et clamabāt dicētes. Quid nob3 ⁊ tibi fili dei venisti an̄ tēpus torquere nos]. Ista cōfes- sio nō est voluntatis/sed necessitatis: ⁊ tem ptant vt possint scire/si ipse esset crist⁹. Vo lebant em̄ conijci eum per signorum mag- nitudinem. Et sicut dicūt aliq̇ doctorum non N

ideo diabolus persuasit iudeis cristũ crucifigere/quasi eũ nesciret cristũ esse: sed qꝛ se non preuidit morte illius damnandũ. Qđ aũt dicunt: venisti añ tempꝰ torquere nos: sciunt pro certo/qꝛ in die iudicij artioribꝫ sũt constringendi tormentis: ꝛ propterea quasi serui fugitiui de verberbus solliciti sunt: et ꝓ his deprecanť. [Erat aũt non longe ab illis grex porcoꝝ multoꝝ pascens]. Nõ erãt ipsi porci de iudeoꝝ populis: sed de alienigenis: qꝛ iudei ab hominabanť eos: non solũ edere/sed ꝛ/tangere: sicut in Machabeorũ libro legimus: qꝛ proinde occidisse permiserunt/eo qđ suillam carnẽ noluissent edere ꝛ qꝛ in dei sacrificio nõ offerebanť/ petierũt ꝑmitti sibi introire demones in porcos. Et qꝛ illi romani ꝗ ibi habitabãt cũ regibꝫ presulibꝫ/non poterant eosdẽ porcos hr̃e cũ iudeorum pecoribus: erant in vno loco tanti congregati. [Demones aũt rogabant]. Lucas đt qꝛ rogabant eum/ne imperaret illꝪ vt in abissum irent: scientes aliqñ futuꝝ iudiciũ/qñ per aduentũ domini mittendi erant in abissum infernalem: deprecabanť ne scito fieret eis ipsa damnatio: siue in abissum/in aquã profundam. Et exauditi sunt ad eorum ꝯdemnationẽ: qꝛ qđ timebant euenit illis. Dicunt em̃ aliqui doctoꝝ/quod vnusquisqꝫ angelus malus ꝗ in aquam cecidit/ in aqua potest nocere: ꝛ ꝗ in terrã/in terra habꝫ potestatẽ: siue ideo exauditi sunt/ vt per mortes porcoꝝ crederent habitatores loci illius: sicut ꝛ factum est. Dignũ sibi habitaculum inuenerunt: qꝛ nullum pecus sordidius viuit quã porcus: ꝛ dyabolus in eis solitus est conuersari/ ꝗ more porcorũ viuere solent: qꝛ de ventre sꝑ cogitant ꝛ quorum deus venter est: et semper in ceno luxurie ꝯuersari volunt. [Et ecce impetu abijt totꝰ grex per preceps in mare]. Quod timebãt demones euenit illis. [Pastores aũt fugerunt/ꝛ venientes in ciuitatem nuntiauerũt omnia. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam iesu]. Propter istorum salutẽ leue duxit dominus occidi porcos: quoniaꝫ nulla creatura sub sole charior deo quam anima: et cuncta que habet homo debet dare pro anima sua. [Et viso eo rogabant vt transiret a finibus eorum]. Non de odio precabantur: sꝫ de humilitate/ estimantes se indignos esse presentia eius: quod quia ob hoc precati sũt/ apparuit in reuersione eius/quomodo non solum venerunt ad eum/sed et vicinos suos inuitauerunt ad eum venire.

¶ De paralitico sanato. Capi. xxi.



[Et ascendẽs in nauiculam transfretauit]. De regione gerassenorum iterum transit stagnum/et reuertitur in galileam. [Et venit in ciuitatẽ suam]. Ciuitas sua diciť Nazareth: non ob aliam causam nisi quia ibi nutritus fuerat. Dominus ꝛ saluator noster exemplum prebuit predicatoribus/vt omni instãtia verbum vite populis adnuntiarent. Vñ nunc in Gerasa/nunc in Nazareth/nunc in cabarnaum: ꝛ tamen nunqꝫ occisus. [Et ecce offerebant ei paraliticum]. Alius euangelista đt/hoc gestũ in capharnaum. Nil tñ obstat ita intelligi: qꝛ cum dñs ascendit de freto/transit ꝑ Nazareth: ꝛ venit in capharnaũ: ꝛ cõuenit ad euꝫ innumera multitudo populi: ita/vt ꝑ ostiũ iste paralyticus nõ potuisset inferri: sed nudato tecto a tegulis submiserũt illum ante Jhesum. Paralyticꝰ vel paralysis grecũ nomen est: ꝛ diciť latine dissolutio mẽbroꝝ: vel dissolutus menbris. Dicunt aũt medici: qꝛ pro nimia abundantia sanguinis hoc eueniat. Sed non estimo ego ita fore: quia ista passio/vix ante quadragenarium annũ hominẽ debilitat: ꝛ scimus quia tunc iam incipit sanguis in vno quoqꝫ homine imminui: ꝛ illa pars que a paralysi debilitatur/quasi mortua habeť: puto ꝗ quia sanguis ibi emoritur. Si enim pro abundantia sanguinis hoc eueniret/iuuentibꝫ in quibus sanguis crescit ꝛ feruet eueniret. Nunc vero semper in senibꝫ fit: ꝛ si sanguꝫ abundaret/profecto viuerent menbra. Sꝫ cum sanguis deficit/quia est sedes anime/ deserit anima menbra: ꝛ contrahit se vbi san

gnis est.Patet virtus iuxta litteram.Mo
raliter homo iste peccatorem quemlibz mole
peccatorum p̄grauatum et desperatum desi
gnat:qui ob nimiā enormitatem scelerū nec
veniam postulat peccatorum.Quem si bo
ni viri susceperint/et ad deum quasi reporta
uerint per exhortationem /et deum supplica
uerint/sanitati restituent.Unde sequit [Et
videns iesus fidem illorū/dixit paralitico ].
Videns fidem offerentium:non illi qui de
speratus est miseretur dominus.quia si pec
care quis desierit:et boni homines pro ipso
orauerint /exaudientur. [ Confide fili :re/
mittuntur tibi peccata tua. ] Filium vocat
P quia dimittuntur sibi peccata. Tamen ostē
dit hic dominus ꝙ multi pro peccatis suis ī
infirmitates decidunt .Inuenimus eniz
in scriptura diuina ꝙ pro trib9 causis infir/
mitates eueniunt hominibus: quas quidā
in quinqz extenuant.Dicam9 ipas quinqz
que eadem sunt .Aut enī pro augendis me
ritꝫ infirmitas dat/vt Job ꝛ Thobie.Au
pro custodia virtutū/vt btō Paulo cui da/
tus fuerat stimulus carnis/angel9 sathane:
Aut pro gloria dei manifestāda / vt Lazaro
et ceco nato .De quibusdam dicitur ꝙ pro
gloria dei manifestanda eis euenerit:Que
omnia unum esse dico:quia omnibus auc/
ta sunt merita pro ipsis infirmitatibus :licz
alij tres computent :Aut pro peccatis gra/
uantur homines/vt iste paraliticus:et illi q̄
audiunt ab apostolo ꝙ mlti indigne accipi
unt corpus dn̄i :ideo multi infirmi ꝛ dormi
unt mlti: ꝛ Herodes ꝛ Antiochus ꝑ suis
peccatis damnati sunt et in presenti ꝛ in fu
turo:et innumeri multi /Aliquando aūt re/
mittuntur eis peccata in presenti :et sanant
in corpore/vt isti ꝛ Marie in heremo. Ali/
qn̄ de presenti pena transeunt ad futurā/ vt
Herodes ꝛ Antiochus.Istud vnū in duo
diuidunt/qui quinqz dicunt.Tertium adij
tio intemperantiā:cum quis non custodit
corpus suum iuxta naturam suam ꝛ ratio/
nem:quam solam medici mederi pn̄t aliqn̄
do.Nam alias non potest mederi / nisi ille
solus/qui permisit dominari.[Et ecce qui/
dam de scribis/dixerunt intra se. Hic blas/
phemauit].Quia scribe purum hoīem pu/
tabant/et legerant in propheta ex persona
dei dicente .ego sum qui deleo iniquitates
tuas:idcirco blasphemie arguebāt.[Et cuz
vidisset Jesus cogitationes eoꝝ/dixit eis].
Ad cogitaciones eorum respondit domin9
quasi dixisset/si legistis quia nullus potest
dimittere peccata/nisi solus deus: similiter
legistis quod nullus potest cogitatiōes ho/
minum scire/nisi solus deus/dicente Salo
mone. Tu enim solus cognoscis corda ho/
minum.intelligite ergo/quia qui agnosco
cogitationes vestras/possum etiam pecca/
ta dimittere.[Ut quid cogitatis mala ī cor
dibus vestris].ꝙ non possim scz peccata di
mittere.[Quid est facilius dicere/dimittū
tur tibi peccata:aut dicere surge ꝛ ambula]
Quidvos leuius aut quid grauius estima
tis? Forsitan surge ꝛ ambula:qꝛ istud cor/
poralibus oculis dz apparere/grauius esti/
matis.Ut aūt sciatis quia peccata dimittē
di habeo potestatem/et peccata dimisi:pro/
pterea possum sanare eum.[Tunc ait para/
lytico.Surge tolle lectum tuum/ꝛ vade in
domū tuam].Qꝛ non crediderunt qḋ vi/
dere oculis corporalibus non potuerūt/sur/
ge/vt videant qḋ sicut corporali infirmitate
sanus sic a spiritali.Tolle lectum tuū/vt sci
ant quod aliter te sano quam medici terreni
nihil in te pristine infirmitatis appareat: in
tm̄/vt portes lectum/qui te non poteras cō
uertere in illo.Et vade in domum tuam / q̄
aliorum pedibus hic portatus fuisti. [Et
surrexit ꝛ tulit in quo iacuerat.Et abijt in
domū suam].Absqz mora tria fecit.Surre
xit ꝛ accepit lectum/ꝛ abijt in domū suam/
quia ipse non fuerat deprecatus pro salute
sua: sed alij intercesserunt pro eo/noluit hr̄e
eum secutorem:donec ipse ad domū suaz re
uerteretur/ꝛ cognosceret beneficia in se col/
lata/ꝛ reuerteretur ad ipsum. Nam q̄ hac ī
firmitate grauantur/ non solent hr̄e ꝑfectū
sensum:ita vt cum alij pro eis doleant/ ipsi
quasi non intelligant/malum suum non do
lentes :ꝛ apparet in hoc/quia cū emorit ꝑs
corporis/cessat ministerium quod per eadez
menbra anima solita erat exercere.[Viden

tes autem turbe timuerunt]. Turbe q̃ minus erant timuerunt: quia scribe ausi fuerant in cogitationibus suis ei detrahere: et ipsi perfidi non timuerunt quia mens q̃ dedita est ad malum non tim; ipsum malum quod ipsa agit/sicuti alij faciunt qui perhorrescunt. [Et glorificauerunt deum/q̃ dedit potestatem talem hominibus]. Sicut imperfecti fecerunt non intellexerunt quod in ipso homine esset/qui potestatẽ homini quẽ ipsi videbant dedisset. Et tamẽ aliquid boni fecerunt/si retulerunt deo gratias: q̃ corpus cõmune habentem cum hominibꝫ/ tanta permisisset agere in terris. Si enim perfecti fuissent ipsi cum patre gratias retulissẽt cui placuisset in terra per se talia agere/ho ō g̃ iste significat hominẽ peccatorum mole grauatu;: qui pro nimia peccatorum ꝯgerie nõ veniam petit/estimans non posse ad indulgentiam de tantis malis peruenire. Qui si habuerit bonos doctores/qui eum cristo reducant ⁊ referant per spem venie/orentq; ꝓ ipso: impetrabunt ei opẽ spei ⁊ venie. Qui bene quatuor referuntur fuisse/quia per q̃tuor libros euangelij/potest ad spem venie reduci. Per quatuor funes submiserunt illum quia cum ipsa doctrina euangelij necessarium est: vt virtutes quatuor predicare: ꝑ quas perfectus quisq; viam seculi in offense graditur. Prudentiam vic;: fortitudinem temperantiam ⁊ iustitiam. [Fili dimittunt tibi peccata tua]. Quiante fuisti filius diaboli faciendo eius volentatem: efficieris filius dei/cum liber fueris a peccato. [Et surrexit/⁊ abijt in domũ suam]. Surrexit qui ante iacebat peccatis: ⁊ abijt in domũ suã id est in ecclesiam dei.

¶ De vocatione Mathei. Capi. xxij.

Et cum transiret inde iesus/vc; de capharnaũ/vidit hominẽ sedente; in theloneo. In theloneo dicit/ad theloneũ. ad curã vectigaliũ. Thelos em̃ grece/Latine vectigal dicit/Et vectigal census qui portari potest: a vehẽdo dictus. Sedebat: q: ipse magister erat/⁊ habebat iuniores qui circumibant mercatum ⁊ accipiebant vectigal/⁊ reportabãt illi: seu etiam intus sedebat: quia mercatum super aquam erat: ⁊ accipiebat quod de nauibus soluebatur: quia ⁊ illō theloneũ dicit. [Matheum nomine]. Alij euangeliste leui eum nominant: quod non erat vulgatũ. Fuit em̃ binomius/⁊ propter verecundiã ⁊ honorem ⁊ de vulgato nomine/⁊ de ministerio quod agebat silent. Sed ⁊ ipse scd̃m dictum Salemonis/iustus in primordio accusator est sui: non solum Matheum se nominat: sed ⁊ ministerium confitetur/vt ⁊ iustificari mereatur: scd̃m illud. Dic tu iniquitates tuas/vt iustificeris: ⁊ exempla omnibus conuerti volentibus det: quando ipse de publicano mutatus sit in euangelistã [Et ait illi Sequere me]. Non solum gressibus corporis: sed etiam imitatione actionis. Qd̃ intelligens btũs Matheus secundum euangelium Luce: relictis omnibꝫ secutꝰ est eu; nec expectauit recipere censum/vel rationẽ reddere dño suo; sed ex toto reliquit quod agebat: ⁊ qui solebat rapere aliena/reliquit propria. Agnoscẽs reatũ suũ: q: ipe de tribu leui (vnde ⁊ leui dictus est) ad templũ dño ſuire debuerat: ⁊ ꝓ philargiria vili ministerio adheserat. Perfectam ergo formã dñm sequendi beatus Matheus innotuit: qui nec damnũ nec periculum suum qd̃ ei euenire ex damno terreno poterat/q͛ inperfecta; rationem vectigalium relinquebat/curauit. Nec mirum si tanta cupiditate dominum secutus est ad vnius iussionis vocem: cum et audierit ⁊ viderit eum multa miracula fecisse: cum intus fuerit diuina inspiratio/que inuisibiliter eum accendit ad sequendum: etiã ⁊ maiestas ⁊ fulgor que in facie vocãtis domini relucebat. [Et factum est/discumbente eo in domo/ecce multi publicani ⁊ peccatores discumbebant cum Iesu]. Publicani hi/qui publicam rem cum alijs vsq; tunc exegerant: seu conductores publicarum/vt Matheus. Peccatores hi qui seculi huius lucra per negocia sectabantur/vt negociato

res: vel diue. sa ministeria exercentes. Sūt deniq̄ʒ negocia que non exercent absq̄ʒ peccato: videlicet cū quis in vno loco cōparat aurū vel argentū/vel aliud simile/⁊ nihil in eo impendit operis/neq̄ʒ pro eo iter conficit ⁊ cum venerit proximus eius ad emendum duplicat precium. Quantū super erogationem suam accipit/totum defraudat a ꝓximo suo. Accumbebant ergo cū dn̄o/qui quidez fuerant publicani ⁊ peccatores/sed iam mutato officio/⁊ mente mutati erant. Ibat em̄
R dn̄s ad conuiuia peccatoꝝ/vt occasionem haberet docendi: ⁊ posset spiritales cibos ingerere inter corporeos inuitatoribꝫ suis: etiam ⁊ humilitas eius nobis commendatur/⁊ locus penitentie. Deniq̄ʒ vbicunq̄ʒ legit̄ inuitatus/statim refertur qđ ibi docuerit vel ꝙ aliq̄d virtutis fecerit: non aūt ꝙ aliq̄s eum aut coegerit aut cōiurauerit bibere/aut ipse aliquē: cū Lucas referat conuiuiū magnū factū fuisse ei a Matheo. [Et vidētes pharisei/dicebant discipulis eius]. Quia magistro dicere propter venerationē signorum ⁊ sapientiam non audebant/discipulos increpabant. [Quare cū publicanis ⁊ peccatoribus manducat magister vester]? Qz em̄ videbant ⁊ audiebant esse locū penitentie/⁊ exemplū habebant in magistro suo matheo: propterea ad magistrū confluebant. [At Jesus audiēs ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibꝫ]. Dat dn̄s ꝯparationē/ꝙ sicut medici ministeriuz ad sanū hominem nullū opus hn̄t: similiter medicus animaꝝ nullum ꝓfectū potest impendere/qui se egrotū nō confitet̄/id est peccatorem in anima. Medicum seipsum dicit qui vulneratus est propter peccata nostra: ⁊ cuius liuore sanati sumus. Sanos dicit scribas ⁊ phariseos: non ꝙ veraciter sani essent in anima: sed quia ipsi se sanos esse dicebant/Infirmi erant publicani/qui se peccatores fore fatebantur. Nequius malum apud deum non est/quam peccatorem esse/et iustum se putare: qui si non est peccator ex eo quod se iustificat iniustus fit. Ubi enim non est confessio/nec remissio. Cum enim Dauid iustus esset in facto/cepit esse elat⁹ in corde. Quod malum deus intantum abhominatus est: vt sineret labi in adulteriuz ⁊ homicidium/manifesta probra: quatinus dum horresceret manifesta/castigatus fierz de occulto in anima. [Euntes autem/discite quid est. Misericordiam volo/⁊ non sacrificium]. Euntes vel ad vos in vos inuicem/vel ad vestros libros: qui non creditis meam doctrinam. Discite quia adhuc non intelligitis/quod vos putatis intelligere. Deus omnipotens hoc dicit per prophetam/qz amabilius est ei misericordiam faciat aliq̄s proximo suo/quam sibi offerat holochausta: ⁊ qui sacrificium offerebat/alterius carnem immolabat: Qui autem misericordiā alicui impendit/seipsum in eius contritione mactat. Sacrificia enim antiquitus conces- S
sa/non pro alia re sunt instituta: nisi ne demonibus fierent/sicut dicit. holochaustomata vestra nolui. [Nō eniz veni vocare iustos sed peccatores]. Quādo deus in hunc mūdū venit/nullus iustus erat: sed omnes detinebamur sub conditionis peccato. Ergo hic iustos/non vere iustos: sed putantes se iustos. Non enim peruenit nec per cristum nec ꝑ apostolos ad remissionē peccatorum/qui se iustum putauit/⁊ noluit accipere baptismum: sed qui superius sani dicti sunt/ipsi hic dicuntur iusti. Utriq̄ʒ falso modo. [Tunc accesserunt ad eum discipuli Joānis dicentes. Quare nos pharisei ieiunamus. Discipuli autem tui non ieiunant]? Nec Joannis discipuli perfecti erant/qui audierant magistrum suū laudasse christū frequenter/⁊ vituperasse phariseos dicens. genimina viperarum: ⁊ tamen coniūgebantur cum illis in discipulorum domini reprehensione. Si autem pharisei vidissent dominum ipso tempore commedēte̅: quomodo discipulos eius vtiq̄ʒ reprehendissent eū quia etiam sanitates hominū in malam partem conabantur conuertere? Non erant autem ipsa ieiunia precepta in lege/sed ipsi pharisei adinuenerant/qui et alias superstitiōes inuenerunt. Similiter Saducei/vt Josephus narrat. [Et ait illis Jesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere/quamdiu cum il-

lis est sponsus] : Lugere pro ieiunare poni tur: quia ieiunium ad luctum pertinz. Dat similitudinem de sponso et sponsa: que quando coniunguntur agunt dies leticie: et vult seipsum intelligi spiritualiter sponsum et ecclesiam sponsam suam. Thalamus hui9 spōsi vterus sancte Marie extitit: in quo deus homo fieri dignatus est, quando ista loquebatur, tunc ipsa fiebat coniunctio quoniam per suam predicationem colligebat eandez sponsam suam. Idcirco dicit, non possunt lugere filij sponsi, videlicet apostoli: quia p eu ā gelium ab ipso erant geniti. [Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus / et tunc ieiunabunt]. Illud tempus ostendit / quo ipse in celum ascendit: quia quamuis semper cum illis esset spiritualiter: tamen corporali presentia ab eis recessit. [Nemo autem commissuram panni rudis mittit in vestimentum vetus]. Per omnem textum euangelij figure dictionum sunt: sed propē fastidium et prolixitatem libri frequenter omittimus. Per metaphoram et eius speciez allegorie et parabole facit comparationem / de inferiori ad superiorem: de inanimali ad animale: quia sicut in vestimentis resarciēdis si petatium nouū in vestimento veteri consuatur illud quod nouum est aufert de veteri, quicquid sibi iunctum fuerit et peius vestimentū fit. Ita dicit domin9 fieri discipulis suis quia adhuc erant veteres pro doctrina pharseorum qua imbuti fuerant: si austeritatem sue predicationis subito imponeret, etiam aliquid fidei quod habere videbantur amitterēt: sicut septuaginta discipuli fecerunt pro eo quod ipsum verbum non intellexerunt, abierunt retrorsum: et iam cū illo non ambulabāt. [Neqz mittunt vinum nouum in vtres veteres]. Vinum nouum, predicatio euangelij: vtres veteres / apostolos. Non solum vtres veteres mustum disrumpit: sed et magna et fortia vascula de lignis mustum disrumpit. Et similiter predicatio euangelij non bene intellecta ruina facta est multis. [Alioquin, rumpentur vtres: et vinum effundetur: et vtres pereunt], id est dissipabuntur corda eorum, et recedent a fide et erūt perditi. [Sed vinū nouū in vtres nouos mittūt]. Cū fuerint noui facti p meam doctrinam: confirmati per passionez resurrectionem, et ascensionem, per aduentū spūssancti: tūc obseruabūt omnia dura et aspera: et ambo conseruabunt, et discipli et predicatio, q in eis seminata est. Et hic factū est, qz postea cruces / et tormenta, verbera sustinuerūt: q ante vocem duram non poterant sustinere.

¶ De filia Jairi resuscitata.
Capit. xxiij.



**Ec illo loquente** ad eos, ecce princeps vn9 accessit]. Loquente domino turbis salutem animaꝝ, venit q̄dam princeps iudeoꝝ. Qui qz sapiens erat in lege, et archisynagog9 / id est princeps synagoge vocabat, qz in eorum congregationibꝰ propter periciam suam magister erat: et qz nobilis erat: etiam nomē indicat ab alijs euāgelistis dicētes: cui nomē erat iair9. [Et adorauit eū dicēs. Filia mea modo defuncta est]. Non erat adhuc mortua qñ pater accessit: sed in via hoc ei nūtiatū est. Sed Mathe9 breuitati studēs / ita narrat. Quāuis ergo iude9 esset, non dixit vt Cēturio dixit: dic et fiet: sed veni: credēs eū solū sic pphetā fore, lz nō crederet. Attamē erat nimz mal9 ad cui9 pces annuit dñs agere vt petebat. [Sz veni ipone manū tuam et viuet]. Qz em nō hēbat aliā filiā vel filiū, ppterea tenere diligebat: et idcirco et ipe venit et ad pedes corruit: et cū mgro ad eā reuerti volebat: sicut mulier sunamitz q nō dimisit Helizeū, quo usqz ad filiū mortuū perueniret. [Et surgēs iesus seqbat eū, et discipuli ei9]. Notādū qd discipli in oībꝰ dñi factis memorant adesse electi. Et digne tales effecti sūt: qz inspector cordis inspexit archana. ¶ Scdm Mathei textū, septē miracla narrant esse a dño pacta nūc. In octauo subintrare voluit filia archisynagogi: sz surripuit mulier ematrosa. Typice archisynagog9 iste Moyses itelligit: qz dicit Jair9, i. illuminatus: quia a deo illuminatus est lumine fidei

et scientia legis. Qui habet vnicam fili-
am id est Synagogã: quã vnico amore di
lexit: ꝛ pro ea deũ frequenter exorauit. ¶ Et
ad pedes eius cadere/est incarnationem eiꝰ
venerari. Quia enim caput christi deꝰ/pe-
des eius incarnatio eius non inconuenient
accipitur. Et hoc est ad pedes cadere: eum
super oĩes singulariter magnũ fateri. [ Fi
lia mea modo defuncta est ]. Quia paulu-
lum ante aduentũ redemptoris omnem iu-
stitiam legis amisit. [ Surgens sequebatur
eum ]. Quia cum vidit deus deperisse iude
os a vera vita/venit reducere eos. [ Seque
bat eũ ]. qm̃ sicut Moyses predixit de illo/
sic per omnia fecit dominꝰ. [ Et ecce mulier
que sanguinis fluxũ patiebat ] Mulier ista
significat ecclesiam ex gentibꝫ cõgregatam:
et sicut ista exclusa erat a domibꝫ ꝛ a turbis
duodecim annis propter sanguinis immũ-
ditiam: vnde ꝛ propterea in via venit ad do
minũ: sic gentilis ppl's exclusus erat a cetu
fideliũ/pollutꝰ ingenito carnaliũ fluxu. Sz
cũ verbo dei cerneret saluare iudeam/rapuit
sibi salutem. Et archisynagogi filia duode
cim annis erat: ꝛ ista duodecim annos ha-
bebat in infirmitate: quia qñ illa cepit secũ
dũ deũ nasci in patriarchis ista cepit e lon-
gari a deo/ꝛ infirmari mente. [ Accessit re-
tro ]. Quia cum cristus ascendit/tunc gen-
V tes ceperũt credere ¶ Accedere retro/est illũ
sequi ꝛ imitari: quia ipse dixit/ siquis mihi
ministrat me sequat. Et alibi. Post dominũ
deũ tuũ ambulabis. [ Et tetigit fimbriam
vestimenti eius ]. Iusserat dominꝰ in sum-
mitate tunice fieri fimbrias: vt sicut erat di
scretio circumcisio in corporibꝫ: sic ꝛ in vesti-
mentis. Iudei adinuenerũt vt ponerent ibi
spinas: vt quando pũgerent/retraherentur
ad legem dei/ꝛ fieret recordatio legis dei.
Sed ista non inuenit ibi spinas: qꝛ dñs su-
perfluas abhominationes phariseoꝝ abbo
minatꝰ ꝛ detestatꝰ est. Hec ausa est tangere
vestimentũ qd̃ carnem domini tegebat: sed
illd̃ qd̃ foris prominebat ¶ Alio modo fim-
briam vestimenti eiꝰ tangere/est incarnatio
nem eius credere. Dicebat enim intra se.
Si tetigero tantũ vestimentũ eiꝰ/salua ero

Si credidero incarnationem eiꝰ / salua ero
Et primordiũ est initiũ imũde cogitationis
ex quo pctm̃ nascitur. Fons sanguinis/erat
origo peccati. [ Et ipsa fuerat multa perpes-
sa/a pluribꝫ medicis [ qꝛ multi philosophi fu
erunt/q̃ de virtutibꝫ anime disputauerũt/ et
de vitijs/sed tamen ad veram medicinã gen
tilem ppl'm non adduxerũt. [ Et in ipsis ero
gauerat omnem sbstantiam suã ]. Qꝛ om-
nem laborem suũ expẽdit gẽtilitas in varijs
poematibꝫ philosophoꝝ. [ At Jesus conuer-
sus ꝛ uidẽs eã dixit ] . Alij euangeliste refe-
rũt qd̃ dixerit/q̃s me tetigit? Et dixit Pe-
trus preceptor/turbe te comprimũt ꝛ affli-
gũt/ꝛ tu dicis q̃s me tetigit? Alij tãgebãt
corporeo tactu illa tetigit fide/ q̃sic tãgit do
minũ/meret sanari. Ergo ecclesia ex gentibꝫ
ꝛ tetigit fide dominũ: qꝛ perfecto corde cre
didit in eũ/vnde alteri q̃ nec dum recte cre-
debat dicebat. Noli me tangere: quia nõ
perfecte in fide tangis. [ At illa venit/ꝛ pro
cidit ante eũ / Et ob quã causam tetigerit
eũ confessa est: ꝛ queãdmodũ fluxꝰ sangui-
nis eiꝰ steterit ꝯtinuo ] Propter salutẽ alioꝝ
ista dñs tam diligenter reqrebat: vt alij simi
liter studerent bone fidei esse: ꝛ diceretur de
eis. Filia/fides tua te saluã fecit. in eo enim
qd̃ credidisti salua facta es. Vocat aũt ista X
mulier ematrosa greco nomine: veniens ab
actu nomen eius. Siquidem sanguis gre-
ce emat dicitur: ꝛ inde ematrosa diriuatiuũ
id est sanguinaria. In octauo vero loco sa
natur propter octauum diem resurexionis/
quam omnis ecclesia gentium veneratur.
[ Et salua facta est mulier ex illa hora ].
Quicunqꝫ bona fide studuerit esse erga de
um/filius dei erit: ꝛ secundum fidem ipsi-
us fiet ei. Ecclesia quoqꝫ ex gentibus ex q̃
in deum credidit: saluari cepit / ꝛ mente et
corpore. [ Et cum venisset Jesus in domũ
principis/et vidisset tybicines ]. Tybicines Y
diriuatuz est a tybia: ꝛ tybia dicta a tybijs
hynnulorum: de quibus cepti sunt primũ
fieri in Frigia: modo vero et de Bruibus fi
unt/ꝛ de matellis. Adhibebant aũt antiqꝰ
funeribus mortuoꝝ: nunc itinerib' pncipũ
sonus autem qui fit ab ipso/tybicen dicitur

quasi tybie cantus. [Turbā tumultuantē]
Quia vnica erat prī ꝛ matri/plorabant fa⸗
milie/quam sperauerant hr̄e dominā post
dn̄oꝝ abcessuꝫ. Synagoga adhuc iacꝫ mor
tua ꝛ fiunt in domo eius tumultus iudeoꝝ
ꝛ tybicines: planctus/quos agunt inutiliť
in sabbatis. Quia nondum venit Jhesus
ad eos. [Dicebat recedite]. Quia cū vene
rit ad eam dn̄s Jesus/recedent tumultus
doctrine eoꝝ/ꝛ planctus irratiōabiles. [Nō
est mortua puella/sed dormit]. Illis mortua
erat: sed dormiebat/qꝛ tam cito eam excita⸗
re poterat. Vn̄ mos obtinuit apud cristia⸗
nos/vt mortui eorum qui in bona confessio
ne discesserunt/nō mortui sed dormiētes vo
cētur: ꝛ monumēta eoꝝ nō monumēta: sed
κιμεφι pia / id est dormitoria grece vocen⸗
tur. Sinagoga quoqꝫ iudeoꝝ vobis mor⸗
tua videtur: sed deus eā resuscitabit per te
stes suos fideles Enoch ꝛ Heliā. [Et de
ridebant eum]. Quia potētiam loquentis
necdum cognoscebāt. [Et cum eiecta esset
turba/intrauit ꝛ tenuit manū eius]. Qꝛ ꝟ
ba dn̄i irridere quam credere maluerunt/eij
ciūtur/ꝛ nō merenť resuscitantē videre. Sy
nagoga quoqꝫ nisi a se habuerit multitudi⸗
nes que intrinsecus iacet mortua: nō resur
get. [Et intrauit ꝛ tenuit manū eius: ꝛ sur⸗
rexit puella]. Nisi tenuerit dn̄s/ꝛ mundaue
rit manus iudeoꝝ que sanguine plene sunt
synagoga nō surget. [Et exijt fama hec in
vniuersam terrā illam]. In alijs euangelistꝫ
dicitur ꝙ preceperit ne cui diceret. Exēplū
suis prebens/si quid boni faciunt: nō curēt
hoc ad fauorem predicare in populis/ꝓpter
xenodoxiam. Dicitur quoqꝫ in alio euāge⸗
lista/ꝙ iusserit illi dari manducare: vicꝫ ad
demonstrandam eius sanitatē ꝛ resurrexio
Z nem. ¶ Tres mortuos resuscitatos in euā
gelio a domino legimus: sed nō ab re ē: ꝙ
nō amplius vł minus quā de solis trib⁹ ibi
narratur. Legim⁹ em̄ in alijs libris/ꝙ plu
res resuscitauit: ꝛ credim⁹ qꝛ ita est. Sꝫ tn̄
nō placuit euāgelistis de pluribꝫ narrare/or
dināte spūsctō quia in eis locutus est/ꝓpter
mysterij sacramentū. Igiť tres mortui ī cor⸗
pore/significant tres mortuos in aīa: qa
anima que peccat moritur/iuxta ꝓphete dic
tum. Anima q̄ peccauerit ipsa morieť: tres
ergo mortui/tria genera hominū peccatorū
sunt. Est peccator qui peccat criminali pec⸗
cato/ꝛ moritur inconspectu domini anima
eius ꝛ qꝛ non habet in consuetudine ipsum
peccatum/veretur iram dei: ꝛ timet futuraꝫ
discussionem. Istum ꝑcat filia archisynago
gi que adhuc in domo erat: qn̄ a domino
resuscitata est. Similiter ꝛ iste peccator ī cu
bili cordis sui tegit adhuc peccatum suum:
ꝛ non est multis cognitum de eo: propterea
quasi leuior est eius resuscitatio/qꝛ si pecca⸗
uit/non ad multos exemplū malū protulit:
neqꝫ frequentare studuit. Alius mortuus a
domino resuscitatus est filius vidue: ꝛ nō
iam in domo/sed in platea ꝛ porta ciuitatꝫ
a domino vite reduct⁹ est. Et iste significat
hominem peccatorem letali crimine freqūē⸗
ter animam suam occidentem/ꝛ ad multoꝝ
noticiam propalantem. Quem etiam dn̄s
resuscitabit/si frequens ꝛ multimoda fuerit
pro eo ad dominum iustorum oratio. Ter⸗
tium resuscitauit/defunctum Lazarum: de
quo scriptum est quod feteret. Et hic ergo
ꝑcat miserrimū peccatorē/criminū enormita
te grauatū: qui nō solū ad multos propala⸗
uit nequicias suas: sed etiam odio est om̄i⸗
bus pro odore fetoris sui/vcꝫ male fame: qꝛ
sicut est odor bonus fame bone: sic odor ma
lus fame male. Et hic ergo si lachrīe ꝛ p̄ces
assidue fuse fuerint iustorum/resuscitabitur
His ergo exemplis omnes nos qui pecca
tores sum⁹ veniam peccatorum nostrorum
sperare possumus/si digne ꝛ instanter p ie⸗
iunia ꝛ elemosynas: atqꝫ lachrimarū oratio
nes mala que fecimus punimus/ꝛ vlterius
ad vomitū peccati non reuertimur/ qđ de⁹
nobis ꝛ om̄ibꝫ penitere volentibꝫ concedat
ꝑfecte agere.

¶ De duobus cecis illuminatis. C. xxiiij



T transeunte in
de Jesu secuti sunt eum duo
ceci clamantes et dicētes. I⸗
sti ceci significant duos po⸗

pulos iudaicū ꝛ gentilem. Qui ceci erant
qñ dñs interiorib⁹ oculis eoꝝ obcecatis Je
richo veniebat. Per iericho mōs siue incar
natio eius designatur: qꝛ Jericho interpre
tatur luna/ꝛ per lunā defectus siue incarna
tio nostri redemptoris. [Miserere nr̄i fili
David]. Nisi em̄ crediderint qḋ ꝛ fili⁹ ho
minis ex progenie David/non recipiēt lu
mē spiritale. [Cum aūt venisset domū acces
serunt ad eū ceci]. Qꝛ cū ascendit in celum
illumiauit oculos cordꝫ ꝑ apostolos. [Qui
b⁹ dixit. Creditis qꝛ possum hoc facere vo
bis? Dicunt ei vtiqꝫ domie]. Et doctores
qñ illuminant paganos interiorib⁹ oculis
interrogant eos. Credis in deū pr̄em omni
potentē ꝛ in Jesum. ꝛc. [Tunc tetigit eorū
oculos dicens. Scḋm fidem vr̄am fiet vo
bis]. Qꝛ nisi q̇s corde crediderit: ꝛ ore cō
fessus fuerit/remissionē pctōꝝ nō cōsequeꝛ
[Et apti sunt oculi eoꝝ]. Qꝛ si crediderit:
etiā si non pōt intellgere mysteriū trinitatis
perueniet ꝑ credulitatē ad intelligentiā ꝓbi
[Et cōminatus est eis Jesus dicens. Vide
te ne q̇s sciat]. Propter exemplū discipulo
rū suoꝝ ꝙ superius diximus.

## ¶ De demoniaco curato. Ca. xxv.



Gressis autē il
lis/ecce obtulerūt ei hominē
mutū demoniū hn̄tē] Sicut
inuenimus in aliis euāgeli
stꝫ/tria gn̄alia signa in isto
hoie facta sunt. Erat mut⁹/surd⁹/ demonio
plenus. Siq̇dē in greca lingua in q̄ euāge
lia scripta fuerūt/ sunt multe differētie q̄ nō
sunt apḋ nos. Preꝛtim h̄ nomē qḋ ē Alla
los αλλαλοσ grece solūmō mutus dicitꝛ/
Cophos κοφοσ quidē/ ꝛ mutus ꝛ surdus
dicitꝛ. Et btūs Grego. dt/qꝛ oīs mutus na
turaliter surdus ē. Jdcirco tm̄ duas infirmi
tates euāgeliste dixerūt: vt ibi intelligatꝛ sur
ditas. Enimuero a demonio liberatꝛ: ꝛ a dua
bus infirmitatibus: ꝛ eiecto demone locu
tus est mutus/ꝛ mirate sunt turbe. Turbe
que minus erudite videbantur/ad mirabā
tur semper doctrinam domini. Pharisei au
tem ꝛ saducei detrahebant/vel in malā par
tem conuertebant propter inuidiam ꝛ quia
dolebant pro doctrina domini: quia cristus
a turbis ꝛ sanctioꝛ ꝛ sapientioꝛ credebatur.
Sic deniqꝫ Salomon dicit. Qui addit sci
entiam/addit dolorem. Quicunqꝫ scientiaꝫ
habet/si non habet charitatem ꝛ humilita
tem/statim habet superbiam. Et hoc est qḋ
dicit/ꝙ in multa scientia/si desit charitas et
humilitas statim habet superbiam. Et hoc
est quod dicit/ quod in multa scientia/si de
sit caritas ꝛ humilitas multa sit indignatio
Quapropter hoc erat in phariseis/qui dice
bant[. Jn principe demoniorum eiicit de
monia[. Principem demoniorum iudei Be
elzebub appellabant. Sicut idolum primū
in hoc mundo vocatum est Bel: sic etiam lu
ciferum illum qui in dyabolum conuersus ē
primum angelum de ipsius nomine voca
bant. Fuit presertim Bel filius Nini pri Z
mi regis Assiriorum in mundo/qui etiā Be
lus latine dicitur. De quo nomine compo
suerūt iudei istud nomē Beelzebub/. i. Bel
vel Baal muscarum/hoc est habens mus
cas. Jn derisionem sic vocabant deum pa
ganorum ꝛ principem dyaboli: qui alio no
mine Resep vocatur apud eos. Dicunt qꝫ
quod ipse sit/qui eiecit Adam de Paradiso
De Bel in Daniele legimus/quem Babo
lonii colebāt/ quē Danihel destruxit. Por
ro mentiebanꝛ/quia quasi placato dyabolo
dominus vt videretur facere virtutes preca
retur illum de illo quem tenebat/sꝫ hoc nus
ꝙ factū legimus. Ceterum dominus osten
dit sicut in alio euangelista referꝛ/quod om
ne regnū in seipso diuisum stare non potest
qꝛ sicut in isto terreno regno/si diuisum fue
rit deperit ꝛ adnihilatur. sic etiam inter dya
bolos/si vnus alium eiicit de loco suo/ non
pōt stare regnū Sathane. Plenius autem
in aliis euangelistis hoc exponitur/q̄ Ma
theus parum tetigit/sed sequamur sequen
tia eius/quem ad dilucidādūꝫ suscepimus
[Et circūibat ihesus ciuitates omnes/ꝛ ca
stella docens in synagogis eoꝝ]. Ostendit
intētionē dn̄i erga salutē nr̄am/ cū dicit: qꝛ
circūibat oēs ciuitates. Et nō tantū ciuita

tes: sed ⁊ castella ⁊ synagogas: id est cōgre-
gationes eoꝝ. Addidit docens ⁊ predicans
⁊ curans om̄em languorē. vicȝ aiaꝝ. Qm̄
sicut languet corpꝰ: similiter languet anima
torpens in preceptis dei [Et oēm infirmita
tem in populo]. Infirmitatē/ad corpora ꝑ-
tinet. Potest aūt subauditionē hr̄e bonorū
qꝛ non omnes infirmos sanabat: sed eos
q̄s dignos ⁊ bonos ꝓuidebat: sicut legimꝰ
de his/q̄ in piscina bethsaida iacebāt/ꝙ de
multis vnū elegerit quem sanauerit. Uel
species est synedoche: que ꝓpria est scripture
diuine/cū a toto pars intelligit̄. [Uidens
aūt turbas misertus est eis]. vicȝ ⁊ in doc-
trina sua: vt doceret eos viam vite: In cibo
quoqȝ terreno saturans quinqȝ milia de q̇n
qȝ panibꝫ. Qđ Matheus preuidens alios
narraturos ip̄e preterijt. [Qꝛ erant vexati
a dyabolis idolisqȝ: ⁊ iacētes sicut oues nō
hn̄tes pastorem]. Jacentes dicit in peccatꝭ
quamuis essent oues. Et hic a toto pars in
telligit̄: quia non omnes futuri erant oues
fore. Negligentiam sacerdotū demōstrat cū
dicit: nō hn̄tes pastorez: qꝛ deus preceperat
vt sacerdotes legem adnuntiarent pplo: et
preirent eos exemplo boni operis. Qđ ad
huc dn̄t similiter facere reges ⁊ omnes sacer
dotes/tam episcopi quā ⁊ p̄sbyteri: qꝛ prop-
terea deus eos populis prefecit. Rex enim
a regendo dicit̄. Si bene non regit ⁊ defen
dit/nō rex sed tyrannus vocat̄: Qđ Salo
mon eruditꝰ a pr̄e intelligens/adhuc petijt
deum augere sibi sapientiam/adgubernādū
A pplm̄. Episcopi quoqȝ inspectores greco no
mine vocantur/siue supintendētes: scȝ in si
militudine pastorum circūspicere dn̄t/ne de
aliqua parte nociua bestia suū gregē conta-
minet/vel cōturbet: Legant Hiezechielem
q̄ pastores dicunt̄: audiant tn̄ nihilominus
q̇d hic dn̄s adiungat. [Tunc dicit discipulꝭ
suis. Messis q̇dē multa/operarij aūt pauci].
Metaphora est hic/⁊ species metaphore al
legoria: ꝑ messem populū volens intelligi/
ꝑ operarios predicatores. Totus mundus
erat in errore/quando apl̄i ceperunt predi-
care. Nisi vero virtus diuina fuisset: quo-
modo per duodecim homines totus mun-
dꝰ reliquisset errores suos: Rogate domi-
nū Messis vt eijciat operarios in messē su
am. Jstam messem patriarche ⁊ ꝓphete semi
nauerūt: sed apostoli maturauerūt eā ꝑ suas
predicationes. Patriarche ⁊ ꝓphete semina
uerunt in lachrimis: ⁊ isti messuerūt ī gau
dio: qm̄ istis iam erat aperta ianua regni ce
lorum/que illis clausa fuit.

¶ De. xij. apostolis ad predicandū missis.
Capitulum. xxvi.



T conuocatis
duodecim discipulis suis/
dedit illis potestatē spiritu
um īmundoꝝ]. Referunt
euāgeliste ꝙ ascendens in
montē vocauit ad se quos
voluit/hoc est elegit eos ex pluribꝫ: ⁊ ordia-
uit eos apostolos. Breuiter euāgeliste ꝯpre
hēderunt hoc: sed septē gradꝰ/quos recto-
res ecclesie hn̄t/ibi tunc acceperūt. Nā in-
mūdos sp̄ūs eijcere/exorcistaꝝ ē: ꝟtutes dis
cretōnū hr̄e/ostiarioꝝ ē: infirmos curare/dia
conoꝝ ē ⁊ p̄sbyteroꝝ. De q̇bꝫ ꝑcipit̄/vt ītro
ducant̄ ad īfirmos/⁊ vngāt eos. Apl̄i autē B
grece. Latine missi dicunt̄: vn̄ diriuat̄ apo-
stolicꝰ. Nec eq̇dē poterat eos ordinare ep̄os
siue apostolos/nisi alios an̄ gradꝰ ꝯcederet
⁊ ꝑ isto facto apostoli sr̄ nomīati. Sciēdū
ꝟo/qꝛ is q̇ ꝑmū fecit Moysen aplm̄/qn̄ mi
sit eū ad liberationē filioꝝ israhel: ip̄e fecit ⁊
hos apl̄os: ⁊ q̇ tūc elegerat. xij. tribꝫ: ip̄e vo
luit hr̄e. xij. discipulos/vt daret intelligi qꝛ
ip̄ius annꝰ cōstās. xij. mēsibꝫ: ac dies cū. xij
horis similiter ⁊ nox. Quinetiā iste nume C
rus apud arithmeticos celeber habet̄: quia
⁊ omnes perfectos ⁊ sacratos numeros in
se habet: ⁊ resolutus non solum non minuit̄
sed etiā auget̄. Vn̄ ⁊ libram duodecim vn-
cijs ꝯstare fecerunt. Duodeci quoqȝ signa
ꝑncipalia in astris extulerunt. Ter em̄ q̄ter
ni duodecim faciunt: ⁊ ter quaterni ad pre-
dicandū sunt missi apostoli: vt ꝑ vniuersas
q̄drati orbꝭ plagas/baptisarēt gētes. Jn no
mie pr̄is ⁊ filij ⁊ sp̄ūsci. Jn q̇ etiā sacramēto
filij israhel sic visi sr̄ castrametari/vt ex omi
ꝑte tres tribꝫ eēnt. Et hierusalē celestis duo

decim portas hr̄e describitur. tres ab orien
te/tres ab occidente/tres a meridie/ ⁊ tres
ab aquilone. In quo figuraliter ostenditur
quomodo de omnibus gentibꝫ egressura ē
ecclesia/⁊ iam ordinatio apostolorum ī duo
decimo loco signoꝝ/quibꝫ dedit potestatem
vt curarent languores ⁊ infirmitates corpo
rū. Sed magna distantia est inter dantem
⁊ accipientem. Qr dn̄s qui dabat dicebat:
tibi dico surge: illi dicebant. In nomine Je
su surge. Duodecim apostolorum nomina
hec sunt. Catalagus apostolorum describit̄
vt nullus sub nomine eorum posset aliquē
decipere. vt dignitas ⁊ auctoritas commen
D det̄. ¶ Primus Symon ꝙ dicitur Petrus
⁊ Andreas frater eius. Simon aūt ant vo
cationem vocatus est. quod interpretat̄ obe
diens. Cum a fratre Andrea adductus est
ad dn̄m. Petrus ei nomē impositū est a do
mino/a firmitate fidei/idem est cephas. Sꝫ
Petrꝰ grece ⁊ latine/cephas syriace: grece
etiam cephas caput dicitur/eo quod caput
ecclesie sit constitutus. Nostis autem ⁊ lo-
cum natiuitatis/⁊ virtutes eius que in euā
gelio ⁊ actus apostoloꝝ narrant̄. Primum
in Capadocia predicauit: deinde sub clau-
dio Italiā venit/ ⁊ vigintiquinqꝫ annis pō
tificatū in Roma tenuit. non tamen vel qn̄
qꝫ pedes de terra ibi in pōtate habuit. Tri-
gesimo sexto anno post passionem domini
deorsum crucifixus migrauit ad dn̄m. Se
pultꝰ est ad orientalem plagam secꝰ viā triū
phalem/que alio nomine dicit̄ catacumbas
de quo loco cū a grecis corpora tollerent̄ no
cte/ succurrit om̄is ppl̄s romanus ⁊ cōpre-
henderūt eos: sepelierūtqꝫ in alio loco citra
partem tyberim in loco ꝙ lauigana dicitur:
E et Paulū in via hostēsi. ¶ Andreas grecū
nomen est: ⁊ interpretatur virilis est/ id ē a
virilitate/ apo tu andros. απο του ανδρος
Uir grece ⁊ andros ⁊ anir dicitur ꝙ rectissi
me vocatꝰ est andreas. Qui post discipula
tū sancti Johannis dn̄i vestigia viriliter est
secutꝰ: ⁊ viriliter crucem ascendit: sicut liber
passionis eiꝰ ostendit. Predicauit in Acha
ia/occisus in patras/vbi ⁊ sepultꝰ fuit: sed
Constantino deferente/in Constantinopo-
li iacet. Hebrayce vero decorꝰ dicit̄ Andre-
as/siue respōdēs. ¶ Jacobꝫ Zebedei ⁊ Jo F
hannes frater eiꝰ/a patre cognominatꝰ/int̄
pretatur supplantator: quia cū ad latinitatē
venit eiꝰ nomen/additū est in fine sicut solet
fieri in barbaris nominibꝫ cū in nostrā lin
guam veniūt. Misit epistolam/que canoni
ca dicit̄/ad dispsos pro cristi nomine. Ab
Herode tetrarcha occisus: sepultus est in
Achaia marmarica. Johannes interpretat̄
gratia dei que requieuit in eo plusquam in
ceteris apostolis. Predicauit in grecia/vt si
cut ipse sapientior ceteris fuit/sic mitteretur
ad sapientiorem gentem. Sub traiano reqe
uit in epheso: sed nunc corpus eius non in-
uenitur in terra/⁊ apertū est sarchofagū in
quo iacuit: sed vacuū est. Ignorant aūt ꝙd
de eo sit factū: quia ab homine non fuit ab
latū. Uocati sunt deniqꝫ ambo isti fratres
banarges/id est filij tonitrui. Quia illam
vocem in monte vtriqꝫ audierunt. hic est fi
lius meꝰ. ¶ Philippus ⁊ Bartholomeus. G
Philippus os lampadis interpretatur/⁊ rec
te quia statim vt dn̄m agnouit/suo fratri ad
nuntiare curauit dicens. Quem scripsit
Moyses inuenimꝰ Messiam. In galicia p̄
dicauit. in Herapoli vrbe lapidatꝰ ⁊ crucifi
xus/ibi ⁊ sepultꝰ est. Fuit aūt ⁊ alius Phi
lippus dyaconꝰ/ꝙ predicauit in Samaria:
vbi postea venit btūs Petrus ⁊ Joannes
ad confirmandos eos ꝙ crediderant. Si eīi
Philippus apostolus fuisset/potuisset tra-
dere spm̄ sctm̄. Quod qꝛ non potuit/appa-
ret qꝛ non fuit apostolus. Bartholomeꝰ in- H
terpretatur filius suspendentis aquas/ꝑ eo
qꝛ ad predicationem suam corda audientiū
ad superna accendit. Indis predicauit/ī Al
bana vrbe a barbaris viuꝰ excoriatꝰ est ⁊ ibi
sepl̄tus. ¶ Thomas abyssus dicit̄: cogno I
mento didimus/qd̄ grece geminus dicitur.
Quidam volunt dicere similis: qꝛ silis cri-
sto fuerit: non est tamen verum: sed qui ge
minus nascitur/semper similis est illi/ cum
quo nascitur. Predicauit persis: in calami-
na cum lanceis occisus/⁊ ibi sepultꝰ ē. Ma
theꝰ publicanꝰ. ¶ Matheꝰ in hebreo do- K
natus dicitur. Digne/qui datus fuit ad cō

scribendũ euangeliũ. Aliq euangeliste Ma-
theũ primũ ante Thomã posuerunt: et pu-
blicani nomen siluerũt. ipse quidem se pre-
posterauit / ⁊ publicanũ se fuisse cõfessus est
iuxta illud sapientis. iustus in primordio ac
cusator est sui: fuit aũt de tribu leui / vnde le
ui cognomen sortitꝰ est. Primũ in Judea
euangeliũ suũ hebrayce scripsit: post ĩ Ma
cedonia p̄dicauit: in Persida interfectꝰ / ibi
L requiescit. ¶ Jacob Alphei. Alpheꝰ dicit
a patre: ⁊ a patre hoc nomen sortitꝰ est. Est
aũt is qui frat domini dictꝰ est: q̇ cogno-
minatꝰ ẽ iustꝰ: ortꝰ de tribu Juda dictꝰ fra
ter dñi / qꝛ nepos fuit sancte Marie ex sorore
sua: De tẽplo precipitatꝰ / ⁊ conto ꝑcussus
M mortuꝰ est: ibiqꝫ sepl'tus. ¶ Judas istiꝰ Ja
cobi frater confessor interpretatur: ⁊ fuit tri
nomiꝰ / Thadeꝰ ⁊ Lebeus vocatꝰ: ipse est
quem ad Abgarum regem missum ecclesia-
stica narrat historia ĩ Nirata vrbe occisus ⁊
sepl'tus iacet. ¶ Symon cananeꝰ a loco sic
rit ad sacerdotē. Pueris condixi in illũ ⁊ in illum locum: credimus ꝙ aut secuti eũ fuerint: aut per aliam viam obuiam ei venerit Ex illa consuetudine qua btũs ille vir interrogauit si mundi essent pueri a mulieribus preceptũ est in canonibꝰ/etiã his qui legitime coniuges habent/⁊ communicare corpus ⁊ sanguinem domini debent: ⁊ sexta feria abstinentes ab eis/abluto corpore ⁊ vestimentis/in die tertia cõmunicent. [Aut nõ legistis in lege ꝙ sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatum violant: ⁊ sine crimine sunt] Sabbato enĩ sacerdotes victimas immolabant/iugulantes arietes ⁊ tauros: ⁊ cremãtes sup struem lignorum. Et scdm aliũ euangelistam hoc addidit: ꝙ quando euenit vt infans die sabbato nascatur: alio die sabbati vt lex impleatur que precipit circumcidi/octaua die circumciditur. Et Josue muros hiericho septem diebus cum exercitu circũiuit: qđ Machabei intelligentes ⁊ considerãtes/statuerũt postea/vt si quis eis pugnã inferret sabbato/bellarēt aduersũ eos: ⁊ fecerunt ⁊ hũerũt victorias ⁊ ꝓbauerũt ꝙ ñ displicerꝫ deo. Sꝫ similit̃ cõuicit eos alia vice/quãdo rephēdebãt eũ de muliere sanata/ꝙ ipsi pecora sua in sabbato adaquarent: ⁊ si deciderēt in puteum/eruere festinarēt. [Dico aũt vobis/ꝙ templo maior est hic]. Non est in isto loco hic pronomen: sed aduerbiũ est loci: quia videlicet qui ibi loquebat̃ dñs erat sabbati: qꝛ ipse erat qui preceperat obseruari sabbatum: acsi diceret. Si Dauid panem illicitum edens ⁊ sacerdotes hostias pro populo immolantes sine crimine sunt ⁊ apđ deũ ⁊ apđ vos: quãto magꝫ ego q̇ rex ⁊ sacerdos verꝰ sũ/⁊ templi dominus ⁊ sabbati/non possim absq culpa discipulos meos reddere: cũ pro hominum salute non licuerit ante eis edere. [Si autẽ sciretis q̇d est/misericordiam volo ⁊ non sacrificiũ/nũquam condemnassetis innocentes. Melius intellexit Abimelech illud verbum quã vos: qui non habebat exemplum ante factum: ⁊ tamen non dubitauit facere: firmiter sciens ꝙ que in mundo sunt facta/nisi de adorando ⁊ laudando deo/propter hominē creata et precepta sunt] Talis est consideratio adhibenda in omnibus necessarijs humane fragilitatis: aut in ieiunijs indictꝫ circa infirmos: siue in abstinentijs a cibis: qꝛ carnis cura in desiderijs fieri prohibetur: non in necessitatibus. Omnes prepositi/Episcopi/Abbates/aut reliqui discere dñt istum versiculum domini. Misericordiam volo/⁊ scientiam dei/plusquam holochaustũ [Dominus est enim filius hominis: etiam sabbati]. Hyperbaton est in hoc loco/verborum ordo turbatus. Est autem ordo tal̃. Filius hominis/est dominus etiam sabbati: quia creator omnium erat qui cum eis loquebatur/⁊ preceptor sabbati. Mystice discipuli per sata transeunt: apostoli vel doctores cum considerant quomodo vnumquēq conuertere possint ad salutem: ⁊ illam famem patiuntur iuxta exemplum domini q̇ dixit. Ego cibum habeo manducare: ⁊ meus cibus est vt faciam voluntatem pr̃is mei Cum autem transeunt vellunt spicas: quia vellunt eos a terrenis delectationibus/in q̇bus confixi erant. Fricare vero manibus est/per exempla sanctarum scripturarum/a concupiscentia carnis quasi a folliculis exuere. Grana vero comedere est/exutum quēq membris ecclesie incorporari: ⁊ discipuli ante dominum incedentes hoc faciunt: quia ante doctores predicant: ⁊ sic tangit dominꝰ cor vt credant.

## ¶ De sanata manu arida. Ca. xxxij.



Et cum inde transiret/venit in synagogã eorũ ⁊ ecce hõ manũ hñs aridã. Cũ ergo dominus ipsa die peruenisset in synagogã eorũ/venit hõ ante ipsum et precabatur dicens. [Domine adiuua me: qꝛ opere manuũ mearum viuebam: ⁊ mõ mendicabo/nisi tu adiuueris]. Fuerat enim cementarius. Et pharisei antequam ipse aliq̇d diceret: interrogabant eum dicentes. [Licꝫ sabbatis curare?]. vt accusarent eum/id est si faceret/quasi transgressorem: ⁊ si non fa-

ceret/quasi potuissꝫ adiuuare/ ꝛ nollꝫ. [Dominus autem sic respondit eis]. Ut etiam propter auaritiam eorum ostenderet ipsos violare sabbatum quod in euꝫ reprehendebant/ qui pro misericordia faceret totum qđ faceret. Pharisei enim omni die manus ad os extendebant ad manducandum ꝛ bibendum. Homo iste spiritaliter genus humanum designat: qui postquam manum extendit ad cibum vetitum/ condemnatū habuit brachium/ donec venit cristus: ꝛ extendit in cruce immaculatas manus ꝑ manibus, incontinenter extensis: ꝛ sic postea genus humanum docuit/ ꝛ exemplo illius ad elemosynam/ ꝛ ad bona opera manus extendere.

¶ De ira phariseorum erga dn̄m ꝛ prophetia Jsaye. Capitu. xxxiij.



Exeuntes autem pharisei consilium fecerunt aduersus eum/ quomodo perderent eum]. Unde meliores debuerunt fieri/ inde deteriores effecti sunt. Ipsi enim centies in die manus extendebant ad os suum: ꝛ inuidia stimulante pro vna extensione infirmi hominis necem saluatori machinabantur. [Hic autem sciens recessit inde]. Recessit vt homo quia nondum venerat hora qua mori vellet nec erat locus extra hierusalem vbi pati deberet. [Et secuti sunt eum: ꝛ curauit eos omnes]. Qui pia fide querunt dominum inueniunt eum: quia iuxta psalmistam prope est dominus omnibus inuocantibus eum ī veritate [Et curauit eos omnes bonos / ab infirmitatibus anime ꝛ corporis. Et precepit eis/ ne manifestum facerent]. Secundū hystoriam fecit sicut homo: occultauit se ab his qui male querebant vt eum eum perderent. [Ut adimpleretur quod dictum est ꝑ Esaiam prophetam dicentem]. Quod dicit vt impleretur/ ad hoc respicit quod dicit ꝛ curauit eos omnes: quia hoc fuerat prophetatum ꝛ per Esaiam ꝛ per alios / ꝙ ipse curaturus esset infirmitates animarū ꝛ corporum. [Ecce puer meus]. Ex persona dei patris hoc dicit propheta. ¶ Pueri quatuor modis dicuntur. Puer ab etate ꝛ propter infantiam: puer septem annorum. Puer ꝓ obedientia/ vt pueri Dauid: puer pro stulticia/ vt puer centum annorum morietur/ puer per innocentiam hic/ ecce puer meus. Puer enim a puritate dicitur: quia ipse pur⁹ fuit a peccato. [Quem elegi ad redemptioneꝫ mundi incarnari. Dilectus meus, pre ceteris sicut vnigenitus: in quo complacuit anime mee/ quia ipse faciet voluntatem meam irreprehensibiliter]. Hec omnia secundū humanitatem accipienda sunt qua homo fieri dignatus est. Ceterum in diuinitate vnus est deus cum ipso/ qui hec loquitur in propheta. [Ponam spiritum meum super eum] Non ad mensuram sicut sanctos meos: ꝫ quantū corpus capere potuit. [Judicium gentibus nuntiabit] quo iudicandi sunt boni ꝛ mali/ ꝛ discernendi, sicut ipse postea facturum se esse testatur dicens. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. ꝛc. [Non contendet / neqꝫ clamauit]. Non ꝯtendit cū aliquo/ qꝛ pacem portabit ore ꝛ opere. [Neqꝫ clamabit]. Clamor hic, ad contēptionem pertinet. Sequitur enim [. Neqꝫ aliquis in plateis audiet]. Hoc est in lata via que ducit ad mortē in qua multi inueniunt quia non audiunt vocem saluatoris. [Calamū quassatū non conteret]. Calamus quassatus/ est peccator iacens sub onere peccatorum contritus a dyabolo vt non possit erigere caput: quem dominus non solum non contriuit: sed etiam manum auxilij sui porrexit dicens. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. [Et linū fumigans non extinguet]. Allegoria est/ ꝛ ī calamo ꝛ ī lino. Per linum corpus hominis: per fumū paruula noticia fidei. Linum fumigans non extinxit: sed ꝛ perfecte erudiuit dicens. Tu credꝭ in filium dei? Et ille dixit quis est/ vt credā in eum? Et ait. Et vidisti eum: ꝛ qui loquiquitur tecum ipse est. Et procidens adorauit eū. [Donec eijciat ad victoriam iudicium]. Sicut fecit cum vicit dyabolum resurgendo ꝛ ascendendo. [Et in nomine eius

gentes sperabunt]. Hoc luce clarius patet quia vt omnes prope credunt in eū. Et hec verba Esaie. Ipse legit in synagoga iudeorꝫ cū surrexit ad legendū: ꝛ fideles ꝛ infideles in ipsa synagoga cognouerunt/ ꝙ de eo fuerant ista prophetata.

De demoniaco curato ceco et muto. Capitu. xxxiij.



Tunc oblatus ē vnus demoniū habens ꝛ cecus ꝛ mutus/ ꝛ curauit euꝫ ita vt loqueretur ꝛ videret] Audistis superius de illo qui mutus fuerat ꝛ surdus ꝛ demoniacus qd curatus fuerit a deo: iste fuit cecus: in reliquis similis illi. Tria generalia signa i isto facta sunt: a demonio liberatus est: visuꝫ ꝛ loquelam recepit. Tūc ita iuxta hystoriaꝫ factū eit: ꝛ spiritualiter gen⁹ humanū signi ficat/ qd cecum erat de oculis spiritualibus/ ꝛ non loquebatur que dei erant: quia demones illum obsidebant. Similiter sunt omnes pagani/ ꝛ quando veniunt ad credulitatem expelluntur de eis demonia: aperiuntur oculi cordis eorum vt possint deum videre: id est intelligere ꝛ laudare: qd est loquelam recipere. [Et stupebant turbe et dicebant. Nunquid est filius Dauid]. Turbe mirabantur/ ꝛ volebant illum dicere de progenie Dauid esse/ ꝛ de Bethleem vnde sciebant cristum debere nasci: sed pharisei contradicebant/ quasi neqꝫ de Dauid progenie neqꝫ de bethleem esset/ neqꝫ virtutes ex deo faceret: sed quia aperte virtutes fiebant/ ꝛ negare non poterant/ in malam partem cōuertere nitebantur: quasi per incantationes sicut magi in egypto facerent virtutes. Sed illi maiora signa facere non poterant: sed propter peccatum Pharaonis permissa sunt eis aliqua facere. [Hic non eijcit demones nisi i Beelzebub principe demoniorꝫ]. Beelzebub sicut scitis fuit idolū Acharon/ ꝙ interpretatꝰ vir muscarꝫ. Zebub enim musca dicitꝰ. Iudei enim ob sordes immolaticij cruoris: seu pro immundicia/ hoc nomie Acharon vocabant: ꝛ ipsum etiam principem demoniorū. Et sicut beatus Beda dicit/ non debemus in fine nominis aliam litteram legere/ quam. b. ¶ Demones autem dicti grece/ quasi demnas: id est periti. Inest enim illis cognitio rerum plus quam hominibus partim subtilioris sensus acumine/ partim experientia longe vite quia angeli boni creati/ per superbiam mali effecti sunt. [Ihesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis]. Non ipsi verbis dixerūt sed in cordibus suis. Ad cogitationes eorum respōdit vt sic compellerentur credere/ scientes scdm dictū Salemonis/ nullum aliū scire cogitationes hominū/ nisi solū deum. [Omne regnum in seipsum diuisuꝫ desolabitur/ ꝛ omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit]. Sicut regnum si intra se diuisum fuerit cito destruitur ꝛ deperit: sic etiam regnum dyaboli/ si diuisum est cito decidet ꝙa discordia multa regna deiecit ꝛ adnihilauit concordia vero de paruis magna fecit/ ꝛ exaltauit/ sic adhuc hodie videmus. O iudei scitis regnum diuisum dyaboli: quare vos in regno eius vultis esse/ faciendo voluntatem eius. [Et si ego in Beelzebub eijcio demonia/ filij vestri in quo eijciunt]. Filios iudeorꝫ duobꝫ modis possumus intelligere. Apostolos qui eijciebant demones per potestatem a domino sibi dataꝫ/ sicut legimus in hoc euangelio: quia reuersi apostoli dixerunt domino. Domine in nomine tuo etiā demonia nobis subiecta sunt. vel filios iudeorum adiuratores gētis illius dicit. Docuerat enim illos Salemon rex quasdam adiurationes per nomen dei ꝛ eo modo eijciebant demones. Hoc Josephus narrat ꝙ coram Vespasiano hoc fecerint. [Si expulsionem in filijs vestris deo tribuitis: quare ipm factū in me non eandem laudem habet Et si expulsionem demonū deo reputatis: corporū sanitates cui deputatis. Ideo iudices vestri ipsi erunt]. Si/ ad exorcistas ꝯparationem dicit non potestatem: si ad apostolos refertis: quia ipsi sedebūt sup sedes duodecim: ꝛ iudicabunt duodecim tribus Israhel. [Si aūt ego in spiritu dei eijcio de

monia:igitur peruenit in vos regnum dei]
yronicus est in hoc loco trop⁹/qui per con⸗
trarium intelligitur:sicut est in psalmo.Si
introibunt in requiem meam:hoc est nō in⸗
troibunt. Similiter in hoc loco talis ē sen
sus.[Quia ergo in digito dei ego eijcio de
monia/pro certo non peruenit in vos regnū
dei].Quia scientiaꝫ dei habetis qua bonū
cognoscere potestis/⁊ a malo discernere: ſꝫ
per inuidiam contradicitis bono meo ope⸗
ri:ideo non peruenit in vos regnum dei.
Uideo vestram perfidiam/quam vos ī ma⸗
lo elegistꝭ durare: ideo hec certissime dico.
Regnum dei vel vita eterna/vel ipse domi⸗
nus:vel etiam scriptura sancta. Unde do⸗
minus dixit.Auferetur a vobis regnum dei
[Aut quomodo potest quisquam intrare in
domum fortis/⁊ vasa eius diripere/nisi pri⸗
us alligauerit fortem: ⁊ tunc domum eius
diripiet]. Nisi prius alligauerit fortem : et
tunc domum eius diripiet.Dat in alio euā
gelista similitudinem/ ꝙ vt fortis armatus
custodit atrium suum/ in pace sunt omnia
que possidet.Si autem fortior illo superue⸗
niens vicerit eum:vniuersa arma eius au⸗
fert in quibus confidebat:⁊ spolia eius di⸗
stribuet.De se ⁊ dyabolo ipsam parabolam
dicens:quia antequam dominus in hunc
mundum veniret corporaliter/dyabolo ser⸗
uiebat iste mundus.Uenit dominus et ab
stulit arma eius/infideles potentes/ꝑ quos
operabatur quicquid volebat : siue arma
eius in quibus habitabat. Spolia eius
innocentes/⁊ ab eo decepti:vel vasa eius/il
los de quibus expellebat demones.⁊ sicut
iste de quo ratio est:vel alij multi de quibꝫ
superius audistis.[Qui non est mecum/ꝯ
tra me est]. Et de dyabolo intelligendū est
eo ꝙ dyabolus semper contraria opera fa⸗
cit saluatori.Ille cupit animas hominū te⸗
nere captiuas/dominus liberare:ille predi⸗
cat ydola hic vnius dei noticiam. Domi⸗
nus amat virtutes/dyabols vicia.[Ideoqꝫ
dico vobis.Omne peccatum ⁊ blasphemia
remitetur hominibus:spiritus autem blas
phemie non remittetur.Et quicunqꝫ dixe⸗
rit verbum contra filium hominis/remitte⸗
tur ei: qui autem dixerit contra spiritū sanc
tum/non remittetur ei:neqꝫ in hoc seculo/ne
qꝫ in futuro].Et quomodo hoc potest esse/
cum multi Arriani qui blasphemauerunt in
spiritum sanctum/quando minorem patre ⁊
filio dixerunt: ⁊ tamen reuertentes ad peni
tentiam suscepti ⁊ salui facti sunt? Sed ta⸗
men de his dicitur.Qui cum sciant verita
tem/aperte seipsos blasphemie tradunt pro
pter inuidiam.Nam ⁊ qui dixerit in patrē
vel filium non sic leuiter remittetur ( maxi⸗
me si baptisatus ⁊ catholicus fuerit )nisi di
gnius penituerit per lachrimarum ⁊ oratio
num assiduitateꝫ/ac crebra ieiunia.Etenim
quia per spiritum sanctum fit remissio pec⸗
catorum:quia quisqꝫ in similitudinem dya⸗
boli ⁊ angelorum eius contra scientiam su⸗
am maiestatem deitatis oppugnare,non tre
pidat/non habet remissionem ineternum/ſꝫ
reus erit eterni delicti;siue ille dicit blasphe
miam in spiritum sanctum qui non credit re
missionem peccatorum: ⁊ in hoc perseuerat.
Nec non ⁊ hoc dicere possumus/ꝙ domin⁹
preuidebat illos ad quos hec loquebaꝰ non
esse credituros: ⁊ de illis specialiter hoc di⸗
cebat.Quod vero dicit non remittendum
neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro datur intel
ligi esse de quibusdam peccatis in alia vita
remissionem:quia,quod de vno negatur/cō⸗
sequens est vt de aliquibus possit intelligi.
Sicut est de ocioso sermone/de concupiscē
cijs/⁊ de leuibus peccatis.Ceteruꝫ/de gra
uioribus non audemus aliud dicere q̄ꝫ qḋ
Joannes dicit.Peccatum vsqꝫ ad mortem
non dico vt quis roget pro eo. Et Paulus
inquit.Nolite errare:neqꝫ fornicarij / neqꝫ
ydolis seruientes/neqꝫ adulteri/neqꝫ molles
neqꝫ masculorum concubitores/neqꝫ fures
neqꝫ auari/neqꝫ ebriosi/neqꝫ maledici / neqꝫ
rapaces regnuꝫ dei possidebunt.Et de his
tamen si in fine tales inuenti fuerint/vel in
hoc finierint.[Aut facite arborem bonam/
et fructus eius bonos:aut arborem malam
⁊ fructus eius malos]. De seipso dicit.
Quod quia bona opera sint/scilicet sanita
tes hominum/⁊ verba que de ipso proce⸗
debant.[Si ipsa bona erant/quomodo po

erant esse aliqua mala? Neqȝ enim potest fi-
eri vt ex malo oriatur bonum: aut ex bono
malum. Siquidem ex fructu arbor agnos-
citur: quia sicut ramus vnus non potest di-
uersum fructum facere/ bonum ⁊ maluȝ: nec
de vno foramine potest exire dulcis et ama
ra aqua: sic vnus homo non potest esse bo-
nus ⁊ malus] Hec omnia de illo verbo q̄d
dixerant in Beelzebub eijcit demonia/ dic
ta sunt. [Progenies viperarum quomodo
potestis bona loqui/ cū sitis mali] Ostēdit
de ipsis ꝙ sicut mali erant in operibus/ erāt
etiam in corde quod membra regere debet:
quia interior est conscientia/ que exteriꝰ mē-
bra regit. Quare progenies viperarum vo-
centur/ superius dictum est. [Ex habundan
tia enim cordis os loquitur]. Sicut riuus
decurrens eundem habet saporem quem ⁊
fons de quo oritur similiter ⁊ homo de hoc
quod habundat interius/ profert exterius ī
opere ⁊ locutione. Et inde sequitur. Bonꝰ
ergo dominus cristus de bono thesauro p-
fert bona; ⁊ malus homo dyabolus qui ho
mo appellatur propter inuidiam/ ⁊ pharisei
de malo thesauro proferebant mala. [Di-
co autem vobis/ ꝙ omne ociosum verbum
quod locuti fuerint homines/ reddent ratio
nem de eo in die iudicij]. Ad illud quod
superius dixerat blasphemie spiritussancti
ista adiunguntur: quasi dicat non solum de
blasphemie erunt cruciandi in inferno qui
faciunt/ sed ⁊ de detractionibꝰ; verum etiaȝ
I de omni ocioso verbo. Ociosum verbum ē
quod aliqua vtilitate caret. Ceterum/ malig
num quod ad vicium trahit/ aut ad ebrieta
tem sectandam/ aut ad luxuriam illiciendaȝ/
asperius iudicabitur. Detractio eñ mor-
tale est crimen: quia qui detrahit eradicabi-
tur de terra viuentium: hoc est non habebit
ibi radicem/ si in hoc finierit. [Ex verbis tu
is iustificaberis: ⁊ ex verbis tuis condem-
naberis]. Qui dicit dominus Jesus in spi
ritusancto: quod precepit apostolus dicen-
dum/ quando dicit/ nemo potest dicere do-
minus Jesus nisi in spiritusancto: potest iu
stificari ex verbis suis. Quicȝ considerat
quod Jacobus apostolus ait. Linguaȝ sub

auditur malam nullus hominum potest do
mare: et quod Salomon dixit/ mors ⁊ vita
in manibus lingue. Intellexit quomodo
potest homo condemnari per linguā. Quic
quid enim arrius maxime peccauit/ per lin-
guam deliquit. Per linguam cōmittitur illō
peccatum quod superius dixit: quod non re
mittitur necȝ in hoc seculo necȝ in futuro.
[Tunc responderunt ei quidam de scribis
⁊ phariseis dicentes. Magister volumus a
te signum videre]. Alius euangelista aperti
us dicit/ qualia signa postularent: videlicet
vel in morem Helie ignem de sublimi veni
re cupiebant/ vt aliquos incenderet: sicut fe
cit Helias/ quando duos quinquagenari-
os cum quinquagenis suis iunioribus oc-
cidit: vel in morem Samuelis contra morē
prouincie tempore estiuo tonare ⁊ fulgurare
¶ Apud nos enī ideo tonat estate/ quia in
occidente sumus/ ⁊ alleuiate sunt nubes/ p-
pterea possunt currere. Apud orientales aūt
in hiberno tonat: quia in estate ita pure sūt
nubes/ vnde non habeant vnde pluant; q̄r
sol qui super eos est non permittit nubes tā
tum ymbrem colligere vnde tonitruum pos
sint facere. ¶ Non est enim verū quod ho- M
mines credunt/ ꝙ nullus sciat quod sit toni
truū: sed illud vnde Joannes dicit ꝙ spiri-
tussanctus in cordibꝰ credentiū: quia sicut
per istō tonitruū concutiūtur mortales/ ita
per illō terrent̄ mentes mortalium: ⁊ deci-
dunt a cogitationibꝰ ⁊ operibus suis. Nam
illō q̄d sonat in nubibꝰ nubes faciūt illō cū
habuerint aquam ⁊ aliq̄ non habuerint: ille
que habuerint currūt: ⁊ tūc sonat sicut au-
ditis/ ⁊ excitant ipm ignem quem videtis:
q̄r omnis collisio ignem creat: vt vide ī col
lisione fieri cum alio ferro: vel petra cū alia
petra. Quomodo enim potest esse de isto
tonitruo q̄d Joannes dicit: locuta sunt sep-
tem tonitrua voce sua. Et iterum. De trono
procedunt fulgura ⁊ tonitrua. Sed de toni
truo spiritussancti qui septiformiter fit: inde
dicit Joannes non de alio: quia illud est in
enarrabile/ quomodo ⁊ quibꝰ modis corda
mortalium concutiat.

¶ De petitione signorum.
Capi.xxxv.


Eneratio mala
et adultera signum querit.]
Mala generatõ dicitur nõ
conditione sed opere. Adul
tera ideo: quia frequent̃ de/
um reliquit ⁊ ydola adorauit/ vt per Hieze
chielẽ dominus ei improperat. vel etiã tũc
cum alias creaturas plus amabat. Nã di/
cit beatus Augustinus assumens auctori/
tatem ex illo loco Apostoli. et auaritia que
est ydolorum seruitus: quod est omnis ho/
mo qui relinquit iustitiã dei propter aurũ
aut pro alia creatura. Tunc fornicat̃ anima
eius a deo/ et quasi adorat tunc ipsuz aurũ
et veneratur pro quo mandatũ dei derelin
quit. [Et signum non dabitur ei nisi signũ
Jone prophete.] Recordamini historiam
Jone/ ꝙ qñ missus est ad Niniuitas predi
candum voluerrit effugere dei preceptuz: ⁊
postea sicut scitis sorte dephensus ꝙ mare
illum quereret/ in ipsum proiectus ceto ab/
sorptus triduo ibi iacuit. Simili modo di/
cit dominus de iudeis signum daturũ. Jo/
nas figurã domini pretulit. sicut ipse ad cõ/
uertendos Niniuitas missus/ qui de genti
bus erant: sic dominus iesus in hunc mũ/
dum ad predicanduz gentes missus. Mare
significat istud seculum: et illud turbatum
est propter Jonaz/ ita ⁊ istud turbatũ est ꝑꝑ
predicationem ipsius: quia ipse dicit. Non
veni pacem mittete sed gladiũ separationẽ.
Cetus significat terram/ siue infernum: q̃a
terra habuit corpus/ infernus animaz. Qđ
vero quatuor dies ponuntur cum non per
omnia toti tres fuerint/ per Synedoche a
toto pars intelligitur: quia ipse hora vnde
cima sexta feria in sepulchro collocatur/ vi/
ginti septez horis ibi iacuit. Et sicut Jonas
nolebat ante absorbitionem ire ad gentes:
similiter đt ad apostolos: in viam gentium
ne abieritis: sed post resurrectionem prece/
pit eis dicens. euntes docete omnes gentes

[Viri Niniuite surgent in iudicio cũ̃ ge
neratione ista: ⁊ condemnabunt eam]. non
potestate/ sed comparatione: quia nullis vi/
dentibꝫ signis ab Jona: nec multo tempore
predicatum est/ nisi per tres dies: ⁊ illi pere/
grino crediderunt gentes. [Nunc excelsior
cunctis ego commendatus ab Joanne: ⁊ q̃
multas virtutes in vobis feci: ⁊ non solum
non auditus/ sed Beelzebub vocat᷒. Et ec/
ce plusquam Jona hic]. Quia creator ego
Jone. Hic isto loco aduerbiũ est loci: non
pronomen. ¶ Jona columba vel dolens in
terpretatur: dominũq; figurauit. ¶ Niniue L
ciuitas quam edificauit assur filius Sem
⁊ decorauit eam primus rex Assyriorũ: ⁊ vo
cauit eam Niniuen ex nomine suo id est spe
ciosam: fuitq; sedes Assyriorũ semper. [Re
gina austri surget in iudicio cum generatio
ne ista/ ⁊ condemnabit eam]. Regina austri
non audiuit de Salomone/ ꝙ virtutes face
ret/ mortuos suscitaret aut regnũ celorum ꝑ
dicaret/ litteras sine doctore sciret: ⁊ tamen
venit de oriente audire Salomonem. Jd/
circo condemnata erit ista generatio plusquã
illa: quia habens illum secum qui sapientiã
dedit/ noluit illũ audire. Spiritaliter Sa/
lemon significat dominũ christũ: quia Sa/
lomon pacific᷒ dicit̃. Et ista regina signifi/
cat ecclesiam de gentibꝫ ad verum pacificũ
nostrũ conuertendã. Et ecce plusquam Sa
lomon hic: quia ille loquebatur de quo Sa
lemon dixerat. Dominus possedit me ini/
cio viarum suarum/ antequam quicquam fa
ceret a principio. [Cum in mundus spiritus
exierit de homine/ ambulat per loca arida].
Et de homine liberato a demonio potest in
telligi: quia si se non custodiret a malis ope
ribus/ iterum traderetur cui fuerat tradit᷒.
⁊ de iudeis qui sic peruerse domino contra
dicebant/ qui peiores futuri erant post con/
temptam legem l.ttere ⁊ predicationem do
mini/ quam ante acceptam legem fuissent.
Cum enim legem acceperunt exijt ab eis dy
abolus ⁊ ambulauit ad gentes: sed modo
habet dimissas gentes/ ⁊ est reuersus ad
iudeos. ¶ Per scopas vnde domus mũ
dat̃ doctrina iudeoꝝ intelligit̃ vacans: q̃a

deum non habebat/qui dixit. Transeamus ex his sedibus. vt Josephus refert/ pper septem spiritus/septem vicia principalia. [Adhuc eo loquente/ecce mater eius et fratres eius]. Fratres eius non sancte Marie/sed nepotes vel alij consobrini/ qui in scriptura sancta fratres appellantur: vt Loth dictus est frater Abraham cum esset nepos eius. Iste qui ei hoc nunciauit temptando faciebat/vt videret si terrenis celestia preponeret: et desereret predicationem propter carnalem cognationem. Sed ipse ostendit: quia melior est spiritalis fraternitas quam carnalis. Si vero vtreque simul sunt/duplex bonum est: sicut erat in sancta Maria: quia mater efficitur quis/cum aliquis per verbum eius in cristo renascitur: sicut Paulus dicit. per euangelium ego vos genui. [In illo die exiens Jesus de domo sedebat secus mare/et congregate sunt ad eum turbe multe. etc.]. Non solum dicta domini sed et facta plena sunt mysterijs. Quod dominus de domo illa egressus esse dicitur/ vbi iudei nefanda verba in eum iactabant/ad mare venit: ostendebat relicturum se iudeam ob meritum facinorum et verborum nefandorum: et ad gentes transiturum que significatur per mare tumidũ atque fluctuosum: quia sicut illud omni vento mouebatur/similiter et gentes omni doctrine agitatione mutabant. Nam notum est omnibus de quo mari dicat/scilicet de lacu Genesar: vbi solitus erat introire/et de naui docere turbas. Erat autem in galilea iudeorum habens in longitudine centũ quadraginta stadia: et in latitudine quadraginta/habens in se omnia genera piscium qui extra mare inueniuntur. Habens quoque super se ciuitates edificatas: et pro diuersitate adiacentium prouinciarum vel ciuitatum/diuersa nomina sortiebatur: vt mare galilee a prouincia: et mare tyberias a ciuitate vocabat. Genesar autem greco vocabulo dicebat: quasi generans sibi aurum. de seipso ferebatur excitare tempestates. Haustus eius purior/ et ad potandum dulcis et habilis. Littus dicitur eo quod ibi illidat aqua: id est percutiat veniendo. [Erat autẽ conueniens locus ad docendum: quia poterat videri et audiri ab omnibus: et non poterat comprimi a turba: et locutus est eis multa in parabolis]. Consuetudo erat in collis illis cum similitudinibus loqui frequentius: idcirco dominus morem quem audire soliti erant sequitur. [Ecce qui seminat exijt]. Dat similitudinem de terrena seminatione/que simili modo etiã spiritalis agitur. Exijt qui seminat: dominus Jesus. Exijt a patre/descendit de celo. [Seminare semen suũ]. Verbum euangelij [Et dum seĩat/aliud cecidit secus viã]. Id est in illos cecidit quos dyabolus solet frequentẽ visitare/ et quasi inhabitare. Et ideo conculcat semen verbi/ quia aufert et superinducit alias curas. Nam demones volucres vocant quia discurrunt per aera in morem volucrũ [Et aliud cecidit super petram]. Petram dominus duriciam cordis exposuit/terram fidem stabilem/solem feruorem persecutiõis que dum surgit aduersitas negant dominũ vel deserunt iustitiam. [Alia autem ceciderunt in spinas et creuerunt spine/ et suffocauerunt ea]. Spinas diuitias dominus esse exposuit/quando his predicatur verbum quod diuites sunt/tunc cum gaudio suscipiunt verbum. Sed cum hora illa transierit/ et ipsi reuersi fuerint ad ipsas diuitias/pungunt ex omni parte ipse suggestiones/ et quia subest illis posse quod voluerint/faciunt quod delectationes suggerunt/ et dimittũt que in ecclesia audierunt. [Aliud cecidit in terram bonam et dabit fructum/aliud centesimũ/aliud sexagesimum/aliud trigesimum]. Secundũ agri culture rationem inuenitur terra transmarina/que multiplicetur in semine censies vel sexagies/seu tricies. In nostra terra hoc non inuenitur quia nostra terra in comparatione illius terre /in qua dominus hec loquebat/sterilis est / quasi siluestris. De spirituali vero semine ille profert centesimum: qui cum alijs virtutibus virgo corpore et animo perseuerat: sicut sancta Maria/ et multe virgines. Sexagesimum fructum refert qui multo tempore in viduitate iustam ac

bonam vitã ducit vt anna fecit/que in hoc
euangelio collaudatur. Trigesimuz quoqꝫ
fructum profert qui sociatur coniugio et le
gittimo tempore fuerit vsus: ceteris quoqꝫ
virtutibus ornatur: non obliuiscitur precep
ta sui creatoris/vt Zacharias. Hij sunt er
go tres ordines electoruz per quos ecclesia
constat. Que restant simul cum domini' ex
positione prosequemur. [Et accedentes dis
cipuli dixerunt.] Querendum est quomo-
do accesserint discipuli ad dominum/cum ĩ
naui esset: videlicet cum ipso erant in naui.
[Quia vobis datum est nosse mysterium
regni celorum: illis autem non est datum].
Uobis propter fidem rectam ⁊ charitatem
que in vobis sunt/ digni estꝫ scire ⁊ intelli-
gere secreta dei/illi vero propt̃ inuidiã quã
habent non sunt digni scire secreta dei/quia
in maliuolam animam non introibit sapien
tia. Erant enim inter eos multi boni/⁊ mul
ti mali: eos qui boni erant tangebat domi-
nus in cordibus vt aut reuerterentur aut ꝑ
seuerarent/vsqꝫquo intelligerent quod pa-
rumper audierant. [Qui enim habet dabi
tur ei ⁊ habundabit]. Quia qui habuerit
fidem siue charitatem/accipiet ⁊ reliquas v̲
tutes. [Qui autem non habꝫ subauditur
charitatem ⁊ quod habet/id est sibi videtur
vt habeat/auferetur ab eo. Ideo in para-
bolis loquor eis: quia videntes non vident]
Hoc est oculis corporis vident/et oculos
cordis habere nolunt propter inuidiam ⁊ ĩ
credulitatem. [Similiter audientes auri-
bus corporis/auribus cordis nolunt audi-
re vt intelligant. Et hoc prophetatum fuit
ab Esaia: quia ipsi repulsuri essent predica-
tionem meam. Incrassatum est cor populi
huius de peccatis]. Quia sicut saginatur
anima per verba dei: similiter impia anima
incrassat̃ de malo. Et qꝛ aurib⁹ grauiter au-
dierunt de domini predicatione/repreben-
dere studuerunt. Et quare eis hoc venerit/
propheta sequit̃ dicẽs. Oculos suos clau-
serunt/precessit duricia/⁊ cor impenitens: q̃
eos non permisit conuerti vt sanarentur.
[Uestri aũt beati oculi qui vident/⁊ aures
vestre que audiunt]. Ipsos oculos quos in

iudeis blasphemauit/ipsos laudat in aposto
lis/⁊ aures similiter spiritales/q̇b⁹ videbant
⁊ audiebant saluatorem quia oculis carnis
eum videre ⁊ non cordis/sicut eum vidit he
rodes ⁊ Pylatus/ magis est condemnatio
quam saluatio. [Amen quippe dico vobis:
ꝙ multi prophete ⁊ iusti cupierunt videre q̃
videtis/⁊ non viderunt]. Scilicet cum vi-
derunt in spiritu: sicut Abraham ⁊ Dauid
desiderauerunt etiam verisqꝫ oculis videre/
sicut apostoli corporalib⁹ ⁊ spiritalib⁹: quia
cum scirent appropinquare liberationem su
am vt nõ tam diu in potesta te tenebrarum
detineretur sicuti longo tempe detenti sunt
vsqꝫ tunc. Unde ⁊ dolẽs Job dicebat. Si
sustinuero infernus dom⁹ mea est: in tene-
bris straui lectũ meũ. [Uos ergo audite pa
rabolam seminantis]. Audite obscura dicta
cũ reseratione similitudinis. Nũc exponit
apl's ꝙ aliq̇ in turba non fuerũt digni audi-
re. [Omnis q̇ audit verbũ regni]. Sub-
audit̃ dei/illa parabola illis speciatim atti-
net q̇ tunc eam audierũt: sed fit similis ratõ
adhuc in ecclesia eius. Omnis q̇ audit ver
bũ regni non intelligit/venit dyabol⁹ ⁊ tol
lit qd̃ seminatũ est in corde ei⁹. Ob hoc de-
bet omnis homo q̇ audit in ecclesia verbuz
inquirere/quousqꝫ intelligat/⁊ in opus mit
tat. [Hic est q̇ secus viã seminat⁹ est]. Iux
ta viã demonũ quã habẽt maligni in corde
illius factam/male assidue cogitando. De
illis nihil dicitur hic/qui nec audire dignã
tur corporis aure qui plus istis rei habent̃
[Qui autem super petram seminatus est/
hic est qui verbum audit ⁊ continuo cũ gau
dio suscipit illud: non habet autem radicez
sed est temporalis]. Dominus exponit ꝓ-
pterea non est necesse exponere: sed similes
sunt modo tepidi cristiani/qui propter iram
alicuius potentis siue donum deserunt ve
ritatem/⁊ conuertuntur ad iniustitiam. Et
est aliqua differentia inter illum qui in tri-
bulatione deserit veritatem: ⁊ qui absqꝫ tri
bulatione sponte relinquit iustitiã. Uñ ⁊ se
quit̃. [Facta aũt tribulatione ꝓpter verbum
continuo scandalizatur]. Qui em̃ absqꝫ tri
bulatione veritatem deserit/peior est quam

paganus. [Qui autem seminatus est in
spinis hic est qui audit ⁊ sollicitudo secli isti
us ⁊ fallacia diuitiarum suffocat verbũ].
Sicut enim spine pungunt / sic etiam fre-
quenter tangunt sollicitudines diuites q̃-
modo possint acquirere: qui quo plus ha-
bent / plus desiderant: quia crescit amor nũ
mi / quantũ ipsa pecunia crescit. Tangit em̃
cura mentem / quomodo acquisitionem cu-
stodiat: tangit cura a quo his vorando in
cumbat: sicut ille qui dicebat / habes reposi
ta multa bona in annos plurimos / requies-
ce / comede / bibe / epulare. ¶ Fallaces vero
dicuntur / quia fallunt ⁊ decipiunt confiden
tes / vt illi responsum est. Hac nocte animã
tuam repetent a te: que ante parasti cuius
erunt: [Qui vero in bonam terram semi-
natus est: qui audit verbũ ⁊ intelligit / ⁊ fa
cit: aliud centesimum / aliud sexagesimum / ⁊
aliud trigesimum]. Per centesimum virgi-
itatis siue omnis perfectõ virtutum / quia
centenarius perfectus est numerus: ⁊ sicut
computando centenarius de leua transit in
dexteram: sic is qui virginitatem ⁊ perfec
tionem virtutum immaculate custodit / de p̄
senti seculo in vitam eternam transiet. Per
sexagesimum continentum vita perfecta o-
pere ⁊ ratione / quia in sexta die deus opera
sua perfecit: ⁊ de sexto sexaginta consurgit.
Unde in compoti ratione sexaginta per co-
artatum articulum exprimitur: qui sine vxo
re est debet cogitare que domini sunt / ⁊ nõ
esse in delitijs / neqꝫ vir neqꝫ mulier ne mor-
tuus in conspectu dei dijudicatur. Ut Pau
lus de vidua / viuens in delitijs mortua est.
Triginta quoqꝫ in expositione sua quasi ma
rem ac feminam pretendit: cum ipsi articuli
quasi osculando se ꝯiungãt ¶ Aliam para-
bolam proposuit illis dicens. [Simile est
regnum celorum homini patri / qui semina-
uit bonum semen in agro suo]. Et istam pa
rabolam dominus expositurus est / sed ta-
men sumamus ea que ipse dixit. Qui semi
nat bonum semen / filius hominis: ager iste
mundus. [Cũ autem dormirent homines]
videlicet cum magistri ecclesiarum non essẽt
studiosi ad meditandũ diuina eloquia. Qõ
cauere debent episcopi ⁊ prepositi ecclesiarũ
ne de eis similiter dicatur: sed debent insta
re ⁊ per se suosqꝫ quantum possunt vt adnũ
cient populo peccata eorũ / vt sciant que ca-
uere debeant: ⁊ qualiter a venienti gladio cu
stodire. Bonum semen / filius dei: inimicꝰ
eius dyabolus / qui inimicus dei ⁊ hominũ
est / ex quo in Paradiso illum positum vidit
Zizania filij dyaboli per opera: herba ⁊ fru
ctus / opera. Accedentes aũt serui patrisfami
lias: angeli domini: Inimicus homo / dya-
bolus: de quo dicitur. Exurge domine / nõ
confortetur homo. [Ne forte colligentes zi-
zania]. Zizania que alio nomine lolium di
citur / iuxta agriculturã est semen nequã / qõ
nascitur inter speltam: de qua quis tunc q̃n
do colligitur comederit / non habet plenum
sensum ad horam. Ita quicunqꝫ a deo dissẽ
tit / non est plene mentis. Hic autem mali
homines / domino exponente intelliguntur.
[Serui autem dixerunt. Uis imus ⁊ colli-
gimus ea? Et ait / non: ne forte colligentes zĩ
zania eradicetis cum eis ⁊ triticũ. Sinite
vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem]. Hic de
bent omnes reges Episcopi ⁊ prepositi exẽ-
plum capere / ne de in certis causis iudicium
promant: antequam veraciter crimen agno
scant. Herba enim inperfectam etatem sig
nificat / vel occulta opera. Que omnia su
stinenda sunt / vsqꝫ ad perfectam cognitionẽ
Nam quod beatus Paulus precepit. Au
ferte malum ex vobis: de apertis ⁊ manife
stis preuaricatoribus precipit. Quod dicit
ne forte colligentes zizania / eradicetis et tri
ticum: vtrunqꝫ in hoc dicto / et dei pacientia
monstratur: quia ipse patienter malos expe
ctato: vt conuertant / non ꝯuersus durius
damnat: ⁊ quia his qui hodie zizania vide
tur fore / cras potest esse triticium dei.
[In tempore Messis dicam Messoribus.
Colligite primum Zizania: et alligate ea
fasciculos ad comburendum]. Quia vi
delicet tunc mittentur auari cum auaris / lu
xuriosi cũ luxuriosis: ⁊ vnusq̃sqꝫ cui similis
fuit in mollibus / illi sociabitur in penã. Tri
ticũ / iusti: horreum / vita eterna. [Mittet fili
us hominis angelos suos: ⁊ colligent de re

gno eius]. De ecclesia omnia scandala/qui
scandalizauerit electos suos: ⁊ eos qui faci-
unt iniquitatem]. Non dicit qui fecerūt: sꝫ
qui adhuc in hoc erant. [Ibi erit fletus/ et
stridor dentium]. Per fletum ⁊ stridorem
dentium ⁊ nimia tormenta ⁊ vera resurrec-
tio corpoꝝ designatur. [Tunc iusti fulge-
bunt sicut sol in regno patris]. Dominus
lux celestis/ ⁊ sol in ea erit/ ⁊ sancti partici-
pando claritatē eiꝰ q̄si sol fulgebūt. [Silē
est regnū celorum grano synapis] in presen-
ti ecclesia vnusquisqꝫ fidelis accipiat verbū
euangelij: ⁊ recondat in agro suo. Hoc est
in pectore ⁊ in corde suo. [Quod minimuꝫ
est omnibꝰ seminibꝰ. Cum aūt creuerit/ma-
ior est omībꝰ holeribus]. Sicut est doctri-
na euangelij: in facie minima apparet/ ⁊ ī au-
ditione: sed in virtute flagrantior atqꝫ excel
lentior cunctis doctrinis. [Judeis scanda-
lum/stulticia visum fuit/deum mortuū fuis
se pro seruis suis: ⁊ resurrexisse tertia die.
Sed tamen nulla doctrina philosophoruꝫ
sic impleuit mōm sicut ista/nec vlla doctrina
premium fuit vite eterne nisi in hac/ita vt vo
lucres celi veniant ⁊ habitent in ramis eiꝰ].
Volucres predicatores seculi. Rami huius
exempla scripturarum/per que anime fide-
les ad celestia volare/et neglectis tempora-
lium cupiditatibus rerum/sursum habere
cor ꝯsueuerūt. [Silē ē regnū celorū fermē-
to/quod acceptum mulier abscondit in fari
na satis tribus]. Fermentum a feruēdo di-
O citur/id est califaciendo ⁊ fit de fece vini/aut
ceruisie. Satum genus mensure est habēs
modium vnum/ ⁊ dimidium. In satis tribꝰ
modia quatuor/ ⁊ dimidium: ⁊ dictum apō
hebreos quod qui metitur eandem mensu-
ram leuet. Primam parabolam de se ⁊ au-
ditoribus suis dicit: aliam de his que dya-
bolus immiscuit post domini semen. Inde
laudauit ipsum semen suum ꝙ simile esset
synapi: modo dicit quod oēs ecclesiastici
facere debeant de verbo euangelij: per mu
lierem volens intelligi ecclesiam/in q̄ vnus-
quisqꝫ qui de ea est debet abscondere in fi
de sancte trinitatis/donec omnia que facit
omnia in nomine sancte trinitatis faciat.

Vel alio modo. Tres passiones sunt in
nobis/ira/cupiditas/ratio: inter istas passi
ones mittamus verbum euangelij: ⁊ oēs
illas passiones ex verbo euangelij conda-
mus vt non irascamur/non concupiscamus
sicut in euangelio precepit: ⁊ rationem no-
stram de euangelio componamus.

¶ [Hec omnia in parabolis locutus est
iesus ad turbas: ⁊ sine parabolis non loq̄-
batur eis]. Qui non vult esse discipulus
audit verba in turba ⁊ in parabolis. Qui
est discipulus dignus cristi/meretur audire
expositiones parabolarum/quia dat illi de
us sensum vt intelligat scripturas. [Vt im-
pleretur quod dictū est per prophetam dicē
tem. Aperiam in parabolis os meum]. Per
prophetam quippe Dauid in septuagesimo
psalmo: eructabo abscondita a constitutio-
ne mundi. Nō omnia/sed aliqua/per speciē
que appellatur Synedoche/a toto pars in-
telligenda. [Simile est regnum celorum the
sauro abscondito in agro]. Regnum celorū P
quatuor modis dicitur in hoc euangelio: do
minus Jesus cristus/vita eterna/presens ec
clesia/ ⁊ latitudo scripturarnm diuinarum:
⁊ pro diuersis locis diuerse accipitur. Nūc
in hac parabola presens ecclesia/regnum ce
lorum intelligitur. Ager aūt latitudo diui-
narum scripturarum. In quo agro inueni-
tur thesaurus/ id est dominus noster Jhe
sus cristus/quia per scipturas nobis adnū
tiatꝰ est/a prophetis ⁊ apostolis. [Quem
qui inuenit/ debet oīa postponere: ⁊ vilia
in amore eius computare/vt illū possit ante
omnia ⁊ super omnia diligere]. Quem q̄ in
uenit/abscondit in pectoris sui absconso: nō
in auaritie studio. ibi amor seruare volētis
exprimitur. [Et pre gaudio illius]. Mag-
num gaudium esse potest inuenire se/et sci-
re illum per quem de inferno liberari possit
et vita beata perfrui. [Vendit vniuersa q̄
habet et emit agrum illū]. Quia in vniuer
sis suis actionibꝰ et possessionibꝰ dei volun
tatem dꝫ sequi. Talis negociator fuit Zach
eus: qui cum esset in siccomoro vt videret
thesaurum quem emere posset: suscepit eum
in domū suam/et dixit. Pro hoc thesauro:

si cui aliquid abstuli / in quadruplum reddo ꝛ reliquū do pauperibꝫ. [Iterū simile est regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas]. Et ecclesia hoc in loco intelligit̄ regnū/in qua ecclesia omnes cristiani negociatores tales esse debent / vt querant margaritas bonas:optimas intelligentias in lege ꝛ prophetis. Cū aūt inuenerint optimam margaritam dominū cristū:oīnes voluptates huius seculi contemnant vt cristū lucri faciant. Talis negociator fuit ille eunuchus/qui venerat adorare in hierusalem ꝛ reuertebatur sedens super currū suū:ꝛ q̄rens in libro Esaie margaritas. Uenit philippus ꝛ ostendit ei ipsam margaritam:ꝛ misit eam in pectore:ꝛ super omnia que habebat dilexit. Talis Nycodemus ꝛ Joseph / qui petīȷt capsulam vbi ipsa margarita fuerat a Pylato:quia iam habebat ꝛ ipse eandem margaritam/ꝛ omnes apostoli huius negociatores fuerunt [Iterū simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare]. Omnia hic per allegoriam dicuntur:ꝛ est species allegorie parabole rerum genere dissimilium quia ꝛ thesaurus ꝛ margarita comparatione dei vilia sunt:ꝛ sagena spirituali sagene inferior Regnum celorum ecclesia:vt supra. Per sagenam/predicationem domini. Missa i mare: in isto seculo:quia vt in mari piscis piscē persequitur ꝛ deuorat:ita ꝛ in hoc seculo homo hominem persequitur/ꝛ aut occidit/aut aufert ab eo quod potest. Est aliquando serenum/aliquando turbatū:ꝛ in seculo aliquando pax/aliquando persecutiones. [Ex omni genere piscium congregati]. Quia ex omibus gentibus conuertuntur ad deū. Dominus quando ista dicebat/sagenam i mare mittebat/ꝛ duodeci piscatores quomodo piscarent docebat. Cepit sagena domini et discipulorum eius multos / ꝛ adhuc hodie mittitur:capit bonos ꝛ malos. [Et cum veniunt]. Id est terminū vniuscuiusq; : veniūt angeli bonos pisces mittūt in piscinaꝫ in vitam eternam : malos autem in ignem eternū/vt amplius non deuorent bonos pisces/ neq; faciant filios similes sibi : sed ardeant quia comederint bonos pisces.

¶ Talis piscis fuit Julianus:qui rupta sagena exīȷt foras/ꝛ quia multos domini pisces comedit/ꝛ persecutus est :separatus a bonis adhuc coquitur/vindicta s exoluens pro eis [Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli / ꝛ separabūt malos de medio iustorū]. Quamuis in fine mundi de pluribus fiat:quotidie tamen fit ista separatio:ꝛ mali cristiani ꝛ pagani separantur a bonis:ꝛ mittuntur in caminū ignis. ¶ Hic tus terminus seculi. Fornax ignis qui non extinguetur. [Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam]. Aduerbium etiam affirmātis:hoc est fecimus. Apostolos solos interrogat:ꝛ perfectus magister quia ꝛ ipsos magistros ecclesie erudiebat. et sicut sagenā de multis maculis:sic de multis exemplis scripturarum predicationē ordinare docebat. Unde ꝛ sequitur. [Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias]. Ideo/subauditur volo /vt intelligatis que dico:vt scitis similes mei qui sum paterfamilias/ꝛ vos mei scribe : vt sic ego proferam noua ex meo/ꝛ vetera de veterib9 libris:ita ꝛ vos cū ceperitis predicare. Scriba autem scribendo dicitur / is videlicet qui se in scripturis exercet. [Et factum est cuꝫ consummassꝫ iesus parabolas istas] consummare sapientum est:stollidorum cepta imperfecta dimittere ꝛ hoc quasi propriū ipsius/quia iam de ipso premissuꝫ fuerat cū compleuit deus opus suum/ꝛ perfecti sunt celi ꝛ terra. [Transīȷt inde/ꝛ veniens in terrā suam/ꝛ docebat eos in synagoga eorum] Juxta hystoriam auditis ꝙ p diuersa loca dñs docuit/ꝛ si tales erant qui nollent venire ad audiendam eius doctrinam ipse veniret:vt nullam excusationem haberent de ignorantia. [Reuersus est in galileam in ciuitatem Nazareth]. Que dicta est patria eius et ciuitas eius / non quod de ea esset:sꝫ quia ibi nutritus fuerat. Nostis quid est synagoga. [Ita vt mirarētur ꝛ dicerēt] Propterea mirabantur quia viderant eum iuxta se nutritum nunquā tamen viderant eū litteras discentem. Audiebant vero eum testimonia legis proferentem/que non posset

proferre nisi legisset. Ueruntamen non mi-
rarentur si eum cognouissent: quia ipse erat
qui Adam docuerat omnem phisicaꝫ: Abra
ham astrologiam: Moysen grammaticam
Salomonem sapientiam. Si salomonis sa
pientiam mirati sunt plurimi: quid mirum
si magister Salomonis miranda loqueba
tur. [Nonne mater eiusdem dicitur Ma-
ria]. Quamuis apud vos pauper: ipsa est
de domo Dauid/ genuit eum qui ditauit ve
strum ditissimum regem Salomonẽ: Octa
uianum regnare permisit. Si voluisset / et
istam vt libiam ditasset: sed qui voluit vt
Petrus ⁊ Joannes primores discipuli eius
dicerent. aurum ⁊ argentum non est nobis-
cum. Ipse ante dixit: filius hominis nõ ha
bet vbi caput suũ reclinꝫ. ¶ Fabri filiꝰ au-
tem fuit: sed non istius. Pater eius camerã
celi sic lucidam ⁊ curuam fabricatus est p
hunc quem despicitis. [Et frater eius Ja-
cobus ⁊ Joseph: ⁊ symon ⁊ Judas]. Sci
tis etiam q̄ Jacobus ⁊ Judas apostolus
⁊ ioseph ⁊ Symon fratres ipsius sint dicti
quia nepotes fuerunt sancte Marie de soro
ribꝰ suis. Dixi vobis supiꝰ quare ad tem-
pus placuerit deo a quibusdam ioseph dici
patrem suum: cũ pro certo nõ fuerit. ¶ Ma
ria illuminatrix dicitur/ quia genuit lumen
verum. [Unde ergo huic omnia ista]. id est
sapiẽtia in doctrina: virtutes in sanitate ho
minum. [Et scandalizabantur in eo]. In
scandalum ⁊ iram accipiebant deum homi
nem: sicut Paulus dicit: nos predicamꝰ cri
stum/ iudeis scandalum/ gentibus stulticiaꝫ
[Jesus autem dixit eis. Non est propheta
sine honore/ nisi in patria sua ⁊ ĩ domo sua]
Sicut dominus dixit/ sic fuit ⁊ apud iude-
os/ ⁊ apud alias gentes semper: sicut beatꝰ
Hieronymus dixit. Inuident ciues ciuibꝫ
suis. Nam ⁊ Heliam in sarepta Sydonie
mulier gẽtilis pauit tempore famis. Jonas
in suis nec nomẽ habuit: apud Niniuitas
valde tremendus fuit. Heliseum sui occide
re voluerunt: ne aman syrus puero ipsius
centum libras argenti/ ⁊ duplicia vestimen-
ta daret. Esaiam suus nepos manasses rex
occidit Danielem alienigene super centum
viginti prouincias principem fecerunt. Hie
remiam sui in cysternam miserũt: Nabucho
donosor in magno honore eũ habuit/ ⁊ Na
buzardan cõmeudauit. Ipse dominus a su
is multa mala perpessus ⁊ obprobria: Ab-
garus cum illo regnum partiri voluit: Et
non fecit ibi multas virtutes/ propter incre
dulitatem illorum. Potuit quidem quantũ
voluit vt deus facere: sed non fecit/ propter
illorũ condemnationem dimisit: quia quan
to quisq̧ plus videt de bono exemplo si nõ
sequit᷑: tanto plus condemnatur. Si vero
refugit vt non videat: tunc etiam iniquissi-
mus ⁊ apostata iudicatur: ⁊ est similis dya
bolo.

¶ In illo tempore/ audiuit Herodes te-
trarcha famam iesu ⁊ ait pueris suis]. He-
rodes iste filius fuit Herodis/ frater Arche R
lai: ⁊ ipse est qui in passione dominum remi
sit ad Pylatum. Iste ergo herodes/ frater fu
it Philippi: postea duxit Philippus filiam
regis Arathe Herodiadem nomine. Po-
stea vero socerum eius exortis quibusdam
contra generũ simultatibus/ tulisse filiam su
am a Philippo ⁊ herodi dedisse: quia hero
des maioris potentie erat. Erat autem ipsa
mulier propinqua ambobus istis regibus:
quia ex filia herodis qui infantes occiderat
nata erat. Sed tamen consuetudo erat apd̃
iudeos/ ꝓpinquas suas vxores accipere: nõ
tamen sorores: neq̧ filias auunculi: vel ma-
tertere. Sed quia isti ex auo erant gentiles
⁊ auia iudei: auum herodem qui gloriosus
rex fuerat apud romanos/ ipsum imitabant᷑
⁊ aliqua tenebant de lege veteri/ aliqua re-
spuebãt: etenim deum celi adorabant: ⁊ cir-
cumcisi erant. [Audiuit herodes tetrarcha
famam iesu]. Tetrarcha grecum nomẽ est S
compositum ex quatuor/ que dicuntur gre-
ce terra: Archon principatus: ⁊ tetrarcha ex
quatuor princeps. [Famam] id est opinionẽ
de miraculis eius que faciebat. [Et ait pue
ris suis]. id est obsequentibus sibi. [Hic
est Joannes baptista quem ego decollaui :
ipse surrexit a mortuis: ⁊ ideo virtutes ope-
rantur in eo]. Quia herodes non cogno-
uerat ante dominum cristũ: propterea talia

dicebat. Usus enim fuerat apud iudeos/ vt
qui propheta futurus esset pro alio/ prophe-
tam sequeretur priorem: ⁊ imitaretur eum
suis actibus/ vt fecit Josue Moysen/ Heli
seus Heliam/ Baruch Hieremiam/ Heli-
seum Jezi. Quia hoc non audierat Hero-
des de domino quod fuisset discipulus Jo
annis: propterea estimabat ꝙ ipse esset Jo-
annes. Bene autem de resurrectione senserūt
quando dixerunt: quia surrexit Joannes:
propterea facit virtutes quas ante non fecit
quasi dixissent. Ideo modo Joannes facit
virtutes quia immortalis est/ ⁊ maioris vir-
tutis post resurrectionem: idcirco potest vir
tutes facere quas ante non fecit. Omnia
enim corpora sanctorum maiorem virtutem
habent post resurrectionem quaꝫ ante. [He
rodes enim tenuit Joannem: Adduxit euꝫ
de deserto vbi fuerat/ ⁊ religauit Macherō-
to in carcere/ propter Herodiadem vxorem
fratris sui]. Jam fuerat fratris sui: sed tunc
non erat. [Dicebat enim illi Joannes. Nō
licet tibi habere eam.] scilicet viuente fratre
[ Et noluit occidere eū: sꝫ timuit poplm ].
Legerat auteꝫ in paralypomenon ꝙ Joas
rex Israhel occiderat Zachariam filiū Jo-
iade sacerdotis: et pro hoc postea ipe rex oc
cisus fuerat: et timebat similiter de se: quia
Joannes filius summi Pontificis fuerat.
Addit etiam. [ Quia sicut prophetam euꝫ
habebant. ] id est venerabātur eum vt pro-
phetam. Die autem natalis herodis quā-
do ipse natus fuerat ]. merito illum celebra
bat cum in hoc seculo tantum bona habitu
T rus esset. Sanctorum ideo finis eorū nata
lis celebratur: quia tunc in illam vitā renas-
cuntur vbi sine fine viuent in gaudio. sicut
Marcus ait. [Ipsa die cenā fecit principi-
bus ⁊ primis galilee.] Legimus multos
reges frequenť conuiuia fecisse sibi subdi-
tis: quia abundabant eis omnia bona: vt
Asuerus/ Balthasar et Herodes/ et multi
alij/ Et Romanorum reges multi : De
quibus Titus in dedicatōne theatri quiꝗ
milia ferarū legiť occidisse. Soli vero mor-
talium Pharao et Herodes leguntur dieꝫ
natiuitatis sue celebrasse/ et vtriꝗ homici-
dio polluisse: Sed iste Herodes tanto ne-
quius quanto de propheta/ et quanto post
prohibitum lege homicidium. [Saltauit fi
lia ipsius herodiadis.] Quia et Herodes
⁊ mulier de progenie herodis maioris descē
debant: idcirco de ipso nomen habebāt. Fi
lia autem ipsius dicitur: non herodis : que
de alio marito erat generata. Saltare in cō V
uiuijs multe gentes pro honore habent: q̄-
si appareat quis mobilior sit. Nam vascōes
⁊ hyspaniarum populi adhuc retinent: apd
francos autem improperium est. Saltato-
res autem nominati sunt ab Arcbade salio
quem Eneas in Italiam secū duxit: quinꝗ
docuit romanos adolescentes nobiles sal-
tare. Legim⁹ vero ꝙ sybilla decem eglogas
Virgilij in senatu saltauit. [Placuit hero-
di]. non solū saltatio illi placuit: sed etiā cā-
tatio quam cantauit: grece compositū me-
trū qd saltauit. [Unde pollicitus est ei da-
re cū iuramento/ qdcunꝗ postularet ab eo]
Ipse herodes cū vxore sua inuenit tali mo
do occidere ioannem sine seditione. Nam
propterea habebat eū reclusum/ vt quando
iuraret q̄si pro ueneratione nominis domi-
ni: ne peierare videreť nomen domini: pro-
pterea occideret eū. [At illa premonita a ma
tre sua ]. Timebat enī ne se reconciliaret he
rodes cū fratre: vt audiret monita ioannis/
⁊ dimitteret eam. [Da mihi inquit hic in
disco caput ioannis baptiste]. Discus an- X
tea iscus a specie scuti dicebať: vnde ⁊ scu-
tella postea disc⁹ vocať/ ꝙ det escas. [Et cō-
tristat⁹ ē rex]. Cōsuetudo hystoriographo
rū est sic causam scribere sicut eo tempore a
presentib⁹ putata est. Unde et ioseph dict⁹
est ab euangelistis pater domini: cū veraciť
scirent non fuisse. Similiter hic diciť rex ꝯ
tristat⁹/ cū simulauerit se tristem: ⁊ animo le
t⁹ fuerit. [Propter iuramentū aūt: ⁊ eos qui
pariter recūbebant iussit dari]. Quia ipse
rex vna parte iude⁹ erat: non tamen in vno
vasculo manducabant: sicut ioseph fratrib⁹
suis/ ⁊ cū egyptijs. [Misitꝗ ⁊ decollauit io
annem in carcere]. habemus scriptū ꝙ ora-
uit stans in medio carceris dicens. Domi
ne deus meus ad te commendo spiritū meū

Carcer est a quo prohibetur exire: et dicit carcer a cohibendo siue coercendo. [Et accedentes discipuli tulerunt corpus et sepelierunt illud: ⁊ venientes nunciauerunt Jesu]. Non excusatur Herodes quod inuitus fecerit: quia si matris vel sororis postulasset interitum/ repudiaturus esset. Quod pro carnali repudiaturus erat/ debuit conseruare in propheta. Legimus in Romana hystoria flaminium ducem Romanorum/ quod ad petitionem meretricis apud quam cubabat hominem decollatum/ reum capitalis criminis in conuiuio caput deferri fecisset: ⁊ ob hoc postea pulsum curia quod homicidium conuiuio miscuerit: quanto magis sceleratior fuit Herodes/ ⁊ herodias/ atque puella: que saltationis precium caput prophete petijt/ vt haberet in potestate linguam ne argueret nuptias illicite perpetratas. Spiritaliter decollatio Joannis minorationem fame illius/ qua cristus credebatur/ insinuat: sicut exaltatio cristi in cruce perfectionem fidei designauit: quia ipse qui prius propheta putabatur/ cristus est agnitus: quia sicut Joannes dixit/ cristum oportere crescere/ se autem minui. Quod ipsa quoque distinctio temporis signauit: quia Joannes eo tempore natus est quo lux diurna incipit minui: ⁊ cristus eo tempore quo lux ipsa incipit crescere. Narrat Josephus vinctum ioannem in castellum macherontum adductum/ ibique truncatum: ⁊ ecclesiastica dicit historia/ sepultum eum in sebaste id est Samaria. Tempore autem Juliani imperatoris videntes pagani sepulchrum eius frequentari a christianis/ effodisse eum et per campos ossa eius sparsisse. Contigit autem tunc id temporis fuisse ibi monachos de Hierosolimis. Cumque colligerent ossa eius cum alijs Christianis: rursum ipsi pagani ceperunt recolligere/ ⁊ igni concremare. Monachi vero que colligerant Hierosolimam detulerunt suo abbati philippo. Ille vero misit ea Athanasio episcopo Alexandrie: ⁊ ibi fuerunt seruata vsque ad tempora Theodosij imperatoris: ⁊ tunc mundato templo serapis ibi posita sunt: ⁊ dedicauit ipsum in nomine eius. Caput vero non fuit tunc inuentum: sed tempore Martiani imperatoris reuelatum est duobus monachis: ⁊ inuenerunt illud iuxta pallacium Herodis/ vbi infelices femine absconderant illud. Herodes vero qui eum occidit: ⁊ in domini cum Pylato passione consensit: instigante vxore sua vt regnum quod frater eius habebat agrippa impetraret: Romam abiret: consecutusque eum agrippa: accusauit apud cesarem quod rebellare contra eum disponeret: ⁊ arma fabricata haberet. Quod quia de armis negare non potuit/ Lugdunum que Burgundie est ciuitas perpetuo exilio deportatus est: et regnum eius Agrippe datum est. Uxor vero eius venit ad imperatorem deprecatura pro marito: imperator autem pro fratre eius agrippa voluit eam secum retinere. Sed illa dixit ad imperatorem. Pro nihilo omnia bona tua duco: nec ea volo recipere/ nisi maritum reddideris. Cui imperator dixit. Jam quia sic loqueris/ neque maritum videbis: neque patriam tuam. Et ipsa perpetuo exilio destinata est. Tali vindicta punitum est scelus quod in domino ⁊ in precursore commiserunt: nuncetiam inenarrabilibus cruciantur tormentis. [Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius]. Discipuli qui aliquando illius fuerant: tunc erant domini. [Nuntiauerunt domino]. id est ipsi quos ioannes ad dominum miserat: quomodo ioannes cursum vite sue consummatum haberet: ⁊ quia adnuntiando legem mortuus esset. Nam ⁊ dominus pro ipsa causa occisus est a iudeis/ quia legem dei adnuntiaret eis. ⁊ quicunque zelando legem domini/ aut adnuntiando mortuus fuerit/ si odium contra aliquem non habuerit/ sed charitatem: similis ioanni ⁊ martyribus in alia vita erit. Querunt aliqui: quare ioannes virtutes non fecerit in vita sua/ in cuius ortu tanta facta sunt. Quia ioannis pater tante potentie fuit: ⁊ tantos parentes habuit/ vt herodes timuerit ab ipsis se occidendum. Quanto magis si ioannes virtutes fecisset/ nullo modo eum aliqis occidisset. [Quod cum audisset iesus/ secessit

inde]. Siue quia digni non erant audire
p̄dicationem eiꝰ/illi q̄ consenserant ioannez
occidi principes galilee/q̄ fuerunt ad illō cō
uiuium: seu fecit sicut homo: noluit locum
dare/ne vellent homicidium homicidio iun
gere. Quod dicit in desertum: vltra iorda/
nem significat. [Et secute sunt eum turbe
pedestres de ciuitatibus]. Amorem predica
tionis demonstrant qui absq͡ȝ iumentis ꝛ ve
hiculis/ꝛ sine cibo secuti sunt: ꝛ quia domi/
nus vidit eorum ardorem/idcirco fecit sicut
hic sequitur. ¶ [Exiens vidit turbã multã
ꝛ misertus est eius]. Et obuiam eis exijt et
misertus est ꝛ in sanatione languidorum eo
rum/ꝛ in saturatione rerum corporaliũ. Re/
cessus autem domini a iudeis significat: q̄
postquam perdiderunt ꝓphetas: ꝛ legē dei
male faciendo ꝛ intelligendo iudei: Cristꝰ
transit ad desertas gentes vt ipse susciperēt
verbum quod iudei reiecerunt: ꝛ ipsis qui
relinquunt proprias conuersationes propt̄
deum/occurrit ꝛ miseretur dominus. [Ve/
spere autem facto/accesserunt discipuli ad ie
sum]. Vespertinũ tempus finem seculoruȝ
ostendit: in quo aduenit saluator saluare ge
nus humanũ: vel tempus quando in cruce
verus sol occubuit/tunc misertus gentium
per apostolos suos. [Desertus est locus: ꝛ
hora iam preterijt]. Siquidem non habe/
bant mercatum/neq͡ȝ villas vbi potuissent
inuenire cibum. [Jhesus autem dixit eis]
Non habent necesse ire videlicet habent illũ
hic/qui pauit populum manna per quadra
ginta annos ꝛ Moysen ꝛ Heliam verbo
suo: habet panem verum qui de celo descen
dit. [Date illis vos manducare]. Prouo/
cat dñs discipulos suos ad largitatē/vt fa/
ciant om̄ibꝫ: ꝛ vt velint vltra vires succur/
rere proximis. Et mauult vt indigentia pa
nis a pluribꝫ cognita/abundantia facta per
ipsum: maior gratiaꝝ actio fiat. [Responde
rũt ei. Non habemꝰ nisi quinq͡ȝ panes / et
duos pisces]. Iuxta hystoricam fidē sic cre
dimꝰ factũ in monte Thabor. iuxta altioreȝ
intellectũ quinq͡ȝ panes quiq͡ȝ libros Moy/
si s̄cant. Ille puer q̄ eos habebat scd̄m aliũ
euangelistam Moyses: iuxta istũ significat
iudaicam gentē/que acceperat ipam legem
a deo ꝑ Moysen. Duo pisces intelligunt̄
libri ꝓphetaꝝ ꝛ psalmoꝝ: qꝛ ꝛ in his tribus
ordinibꝫ vetus scriptura constabat ante ad
uentũ domini: sicut ipse ait: oportet impleri
om̄ia q̄ scripta sunt in lege ꝛ ꝓphetꝭ ꝛ psal/
mis de me. Illi q̄nq͡ȝ panes hordeacei scd̄ȝ
Joannem fuisse referuntur: qꝛ tantũmodo
sola hystoria in his sequebat̄: vicȝ dei cogni
tio/creatio mundi/cursusq͡ȝ seculi labentis:
antequã a dño benedicerent̄/ꝛ quasi bruta
animalia de asperiori cibo pascebant̄. Per
duos pisces non inconuenienter ꝓphetaruȝ
oracula/ꝛ psalmoꝝ dicta figurant̄: per q̄ pa/
stũ pplm̄ de lege addidit delitias: qꝛ ibi iam
spiritalis sensus ꝛ aduentus dñi inuenitur
ꝛ sicut pisces in aquis latent/ sic obscurus
est sensus in prophetis. [Afferte illos mihi
huc]. Quasi dixisset: de me intelligite in le
ge ꝛ ꝓphetis. Et paulatim crescendo intelle
ctũ dñs ꝛ scientiam populis monstrauit.
Primo naturalem legem: scd̄o legem littere
tertio prophetaꝝ: ad vltimũ euangelij gra
tiam/qd̄ ꝛ in cibo terreno signauit. Primo
de q̄nq͡ȝ panibꝫ hordeaceis: post de septē q̄
non dicunt̄ fuisse hordeacei/ꝑ quos euãgeli
ca ꝛ sancti spiritꝰ doctrina signat̄: ad vlti/
mũ de pane ꝛ vino sui corporis ꝛ sanguinꝭ
eis mysteriũ credens. [Et iussit eos discum
bere suꝑ fenũ]. Abunde solet crescere fenuȝ
in his excelsis montibꝫ in estate: sicut vide/
runt qui in nostris alpibꝫ conuersati sunt.
Et q̄a lōge erat a ciuitatibꝫ ꝛ villis ꝓpterea
a nullo secabat̄. Per fenũ voluptas carnis
quam calcare debēt qui in cibo pascantur
sicut in euangelio alio refertur. [Discubue
runt q̄nquageni seu centeni]. quia licet sint
Cristiani per omnem mundum. et per di
uersas regiones/vno tamē pane alunt̄: q̄a
vnum omnes amplecti debent euangelium
ꝛ om̄es fratres esse dñt/ꝛ amare se inuicem
Si hoc non faciunt non sunt catholici / et
non sunt de ecclesia: quia in nr̄a fide ꝓfite/
mur nos catholicam ecclesiã credere. i. vni/
uersalē. Per q̄nquagesimũ ꝛ centesimũ nu/
meꝝ requies vite eterne figuratur: que his
dabit̄ qui cristi in hoc seculi deserto fuerint

z eius cibo spiritali pasci studuerint. [Acce
ptis q̄nq; panib9 z duobus piscib9]. Quia
dñs nō de nouis escis sed de his quas apo
stoli habebant turbas satiat: ostendit q2 ipe
est q̄ legem dedit z in prophetis locut9 est: z
propterea eadē z docet. z quam sint graui-
da mysterijs insinuat: z q̄ deerant adimplet
[Aspiciens in celū]. In celū aspicit: vt anio
celū intendere nos doceat: z scientie lucem
illic esse querendam. [Benedixit]. Q2 om-
nis vetus scriptura ab ipso benedicta/z ho
minibus data. [Fregit]. hoc est aperuit apo
stolis sensuz vt intelligerēt scripturas. Seu
exposuit quō intelligerent. [Fregit]. Quia
de vno p̄cepto duo nobis fecit/cū dixit. Au
distis q2 dictū est antiq̄s: non occides. Ego
aūt dico vobis ne irascamini. Similiter de
alijs. [Dedit discipulis suis panes : disci-
pli aūt turbis]. Quia ipe p se eos erudiuit
z p apostolos gentes. [Et māducauerunt z
saturati sunt]. Ostendit assiduitatē aposto
loꝝ/z pfectionem in doctrina sua. [Et sustu-
lerunt reliq̄as/duodecim cophinos]. Per re
liq̄as fragmentoꝝ/sacratiora mysteria q̄ tur
be intelligere nequibant: q2 sicut canones p̄
cipiunt/pfunde questiones non sunt mouē-
de in turbis/nec a perfectis negligende: sed
inquirende a pfectis. Per duodecim cophi
nos/corpora duodecim aplōꝝ que vilia a
foris fuerunt: sed intus magnis sacramen-
A tis repleta fuerunt. ¶ Cophinus vasculum
rusticoꝝ est de virgulis factū/ad terram de
portandam. Unde in psalmo de Joseph.
Man9 eius in cophino seruierunt. ¶ Req̄
ritur vñ in tam vasto heremo/cū panes nō
fuerint inuenti nisi q̄nq; z duo pisces: vn-
de tanti cophini? Sed sciendū q2 cū infir-
mi venerunt z sanatis. Infirmis. sicut dix
it superius/curauit languidos eoꝝ/cophini
vacui remanserūt. [Manducantiū autē fuit
numerus q̄nq; milia viroꝝ/exceptis paruu
lis z mulierib9]. Per q̄nq; milia illi figuran
tur/q̄ quinq; sensibus corporis bene vti no
uerunt: adhuc exteriorib9 operibus impli-
cati. Qui recte quinq; panibus alunt : q̄a
necesse est eos regalib9 institui precept. Nā
non tenent adhuc illam pfectionem / quam
tenent qui quatuor z de septē panibus saci-
ati sunt. ¶ Mulieres autem z paruuli non
sunt digni numero: q2 instabilis sex9 z mu-
tabilis est. Infantes vero in impfecta etate
sunt: propterea nec numero digni. [Et sta-
tim iussit discipulos suos ascendere in naui
culam/z p̄cedere eum transfretū donec di-
mitteret turbas]. Quare discipulos iusse-
rit ire trans fretū post saturationem panuz/
Joannes euangelista narrat: q2 vicz ventu
ri erant ppli vt vellent eū regē facere: ppter-
ea tulit se de loco ne eum inuenirent: q2 ipe
erat conditor mundi nolebat secularem po-
tentiam: q2 hi q̄ habebant ipso dante vel p
mittente habebant. Ipe nāq; erat de q̄ Sa
lomon ait. Per me reges regnant. Fretum
genesar: a feruendo fretū nominat. [Vespe
re solus erat ibi]. Ipse ascēdit solus verticē
montis orare: z discipuli laborauerūt in ma
ri in remigando tota nocte]. Non em̄ erant
discipuli adhuc perfecti: idcirco pmisit eis
agnoscere q̄d possent sine ipso / vt amplius
eū diligerent: z deū elementoꝝ pro certo cre
derent. Qd orauit/formā nobis dedit quid
debeam9 facere qui puri homines sumus
cū peccatis: si ipse absq; peccato frequenter
vacabat orationi/etiam qñ aliquid boni q̄s
facit/ aut excellens / domino dz referre gra-
tias a quo ea cepit vt faceret: z orare ne ali-
qua elatio illi p hoc facto subripiat. Quod
refugit hr̄e terrenā potestatem/q̄d electi eius
facere debeant ostendit/q2 nullus pōt habe
re potestatem sine multis peccatis. Propt-
ea q̄ vult sublimiter cū cristo regnare/nō cu-
ret habere potestatem in hoc seculo: quia si
esset appetenda/aut ipe habuisset /aut matri
dedisset aut apostolis suis. Nec; reges de
regno certare dñt. Quia pro certo dñs ha
bet ordinatū quicunq; reges esse debent in
hoc seculo: sicut de illis erat quos ostēdit
de9 Danieli. Qui bene vult regnare expe
ctet vt a domino accipiat: sicut Dauid fecit
Qui cuz sciret q2 rex inunctus esset non q̄
siuit illud cū sanguine: vt occideret regem:
cū locū haberet frequenter: nec; filium eius
post mortem eius: nec; bellū intulit sue gen
ti: sed fugit per alienas terras/z patrē z ma-

trem coactus est educere in terram alienam:
extraneam sibi hereditatem/⁊ parentū suoꝝ
prestolatus est quousqꝫ deo placuit. Et idcir
B co non solū ipm regnū adeptus est: sed et
alia multa. Qui aūt aliter introiuit in reg-
num nisi ꝑ voluntatem dei/ꝑmisit ei deus
vel ꝓpter ipsi⁹ pctm̄ vel propter subiectoꝝ
flagellum/vt dominaretur peruerse/sicut zā-
bri qui occidit Elam/⁊ accepit regnū eius
⁊ regnauit septem dieb;: silr phacee occidit
phaceiam/⁊ accepit regnū: sed ipse occisus ē
ab Osea: ⁊ iste captus cum toto Jsrabel
ab assyrijs. ¶ Similiter de episcopis cre-
do quod deus ordinatos habeat: q̇ esse de
beant in hoc seculo episcopi: sed non propt
ipsos/veꝝ ꝓpter subiectos/in q̇b; multi san
cti hn̄tur. Propterea nō erit necesse cuiquā
laborare inaniter ꝑ episcopatu ⁊ cum pecca
to introire: q: si ordinatus est a deo/erit: si
aūt sine voluntate dei introierit/cito decidꝫ:
⁊ si mors eum ibi inuenerit/sine fine ī infer-
no erit: q: in rapina vitam finiuit. Unde io
annes ait. Peccatum vsqꝫ ad mortem/ non
dico vt quis roget pro eo. [Nauicula autē
in medio mari iactabatur fluctibus]. Naui
cula que iactabatur significat ecclesiam con
cutiendam inter turbines ꝑsecutionum. Uē
tus/ipse persecutiones ab infidelibus sunt
[Quarta aūt vigilia noctis venit ad eos
C ambulās supra mare]. ¶ Romāi custodias
militū obseruandas cum impatoribus ⁊ ex
ercitibus/diuiserunt noctē in quatuor par-
tes: in vnaquaqꝫ vigilia deputātes tres ho
ras. Et qđ dt quarta vigilia/scilicet cū tres
precessissent ⁊ quarta esset. Et hoc spirituali-
ter demonstratur: quia cum verus Lucifer
appropinquauit: ecclesie sue facta est tranq̇l-
litas: quia ⁊ ipsi imperatores crediderunt q̇
ecclesiam quassabant. [Et viderunt eum su
pra mare ambulantem/⁊ putauerūt esse phā-
tasma]. Et quod tunc putauerunt discipuli
postea putabant heretici qui dixerunt ꝙ ha
buerit cristus non corpus carneū/qđ super
aquis siccis plantis potuit ambulare. Sꝫ
tamen sicut isti cognouerunt errorem suum
sic nos agnouimus errorem illorum: quia
non solum verum corpus super aquas am-
bulauit/sed etiā Petri corpus quousqꝫ du
bitauit. Sed sicut non possumus enarrare
qualiter incorporatus est in vtero virginis
sic nec qualiter librauit corpus carneū sup
aquis liquidis: sed tamen vtrunqꝫ credim⁹
[Et videntes eum supra mare ambulantem
putauerunt phātasma esse]. Estimauerunt
ꝙ eis aliqua ludificatio fieret a dyabolo/ q̄
solet fieri his qui non recte credunt: maxi-
me his qui credunt errorem paganorum/ꝙ
neptunus aliquam potestatē habeat ī aq̄s
qui tenetur in inferno vt alij iniqui. [Et pre
timore clamauerunt]. Solet enim demon
timere vocem iusti viri: propterea clamaue-
runt. [Statimqꝫ locut⁹ est eis dicens. Ha
bete fiduciam]. Primo aufert timorem de
se ꝙꝫ recognoscerent: secundo sedat mi-
nas tempestatum. Duas virtutes precipu
as ibi viderunt/⁊ ambulare illū super aq̄s
quod ante inauditum fuit/⁊ tempestates ꝟ
bo sedare. ¶ Uentus est aer commot⁹: ⁊ ꝑ
D diuersis partibus nomen sortitur/vt subso
lanus/quia sub sole est: ⁊ alij similiter Sūt
autem duodecim. Uentus dictus est/eo qđ
sit vehemens: ita vt saxa ⁊ arbores euellat
terram commoueat/turbet mare. [Respon-
dens Petrus]. Petrus adhuc non crede-
bat/ꝙ corpus carneum super aquas maris
ambularet/nisi in suo hoc disceret: sed sicut
fecit in fide sua/sic ⁊ in gressibus suis. Cre-
didit aliquid quando de naui exijt/sed du-
bitauit qn̄ ventū validum vidit: ⁊ ideo mer
gi cepit. [Domine si tu es iube me venire
ad te super aquas]. Inter spem ⁊ dubitatō
nem erat positus beatus Petrus/ ⁊ recog-
noscebat vocem: ⁊ tamen dubitauit vtrum
ipse esset. [Ait ergo dominus. Ueni. Et de
scendens Petrus de nauicula/ambulabat
super aquam]. Mira beati Petri actio/ et
ambulabat super aquas/ ⁊ timebat mergi.
Tamen ex eo quod ambulauit agnouit do
minum: ⁊ quesiuit potentiam illius contra
valitudinem venti. Nauis in mari ecclesia
in hoc seculo ventibus agebatur: quia per-
secutionibus fatigabatur. Et hoc tunc fa-
ctum est quando dominus corporaliter ab
ea recessit/intantum vt ipse dixerit: vt quid

domine recessisti longe/despicis in oportu-
nitatibus? Venit ad eam dominus quarta
vigilia noctis/videlicet cũ verus lucifer orie
batur per auxiliũ quo liberauit ecclesiam a
persecutionibus potentum. Petrus venit ad
eum in persona ecclesie: quia nec aliquis po
test ad eum venire nisi ipso donante. Sz si-
cut Petrus cum diffidit mergit: sic vnusqs
qз fidelis cũ diffidit a domino mergit: quia
qui a deo postulat bonum/non debet diffi-
dere sicut Jacobus inquit: postulet aũt in fi-
de nihil hesitans. [Apprehendit eum]. Pro
pe est omnibus inuocantibus in veritate/id est
occurrere adiutorio suo misericordie. Jncre
patur qđ modice fidei fuerit: q̃ presente cre-
atore dubitauerit. seu modica fides dicitur:
quia modica in hoc seculo putatur esse duz
non videtur: sed magnam habet flagrantiã
z remunerationem post triumphatum mun
dum. [Cum autem descendisset dominus
nauim cessauit ventus]. Ut domino placu
it dedit pacem ecclesie sue. [Qui autem in
nauicula erant z apostoli z naute venerunt
z adorauerunt eum dicentes. Vere dei filius
es]. Cognouerunt enim q nullus alius cre
ator esset maris z ventorum/nisi qui verbo dicit
z fit quicqd imperat. [Et cũ transfretassẽt/
hoc est trãs nauigassẽt: venerũt i terrã Gene-
sar.] Ab ipo lacu genesar illa in Syrũ regio/
ex vna parte genesar regio noiat: z apparet
quia bone voluntatis homines fuerint/vt
non solum ipsi venerĩt: sed z ad alia loca mi
serint/z venerunt ad deũ. Sic debet facere
vnusquisqз homo/z ipse debet bona facere
z proximum suum hortari vt similiter faciat
[Cognoscebant autem dominum de freq̃n
ti visione]. Quia dominus ibi frequenter
conuersatus est: vel ex signorum fama que pre
currebat de illo. [Et obtulerunt om̃es male
habentes: z rogabant eum: vt vel fimbriaз
vestimenti eius tangerent]. Quia audie-
rant quod mulier matrosa sine verbo ipsius
salutem ab ipsis fimbriis acceperat: propt-
ea desiderabant fimbrias attingere. Prius
autem dixi vobis q ipse fimbrie ob discretio
nem aliarum gentium iudeis precepte sunt
fieri. [Et quotquot tangebant/salui facti
sunt]. Quia dilectionem dei isti habuerũt
z proximi/impetrauerũt quod petierũt: di-
lectionem dei quia auide susceperunt z ge-
stierunt vt dei laus longe lateqз crebesceret:
dilectionem proximi/quando voluerunt vt
alii salui fierent. [Tunc accesserunt ad eum
ab Hierosolimis scribe z pharisei dicẽtes].
Alii veniebant/ad audiendam predicatio-
nem z salutem animarum suarum ab Hie-
rosolimis vbi religio maior esse debebat et
scientia. Ob reprehensionẽ scribe z pharisei
veniebant z hoc totum propter inuidiam.
[Quare discipuli tui transgrediuntur tradi
tionem seniorum. Non enim lauãt manus
suas cum panem manducant]. Legimus i
euangelistis aliis q diuersa baptismata/id
est lauationes diei habebant: z illas ex tra
ditione carnali z suorum inuentione magi-
strorum plus obseruabãt/quã ea q̃ deus omni-
potens in lege preceperat. Et inde dominus
frequenter arguebat q dimitterent dilectio
nem dei z proximi que deus magnopere cõ-
mendauerat. Et reprehendebant eos q̃ hoc
obseruabant: z super traditiones que neqз
nocent/neqз adiuuant si illas non obseruẽt
Quando namqз in placito sedebant cũ ro-
manis/qui ipsam terram tenebant/non mã
ducabant nisi ante se balnearent: z non mã
ducabant nisi crebro lauarẽt manus]. Jpse
autem respondens illis z ait. Quare z vos
transgredimini mandatum dei propter tra-
ditionem vestram? Nam deus dixit. Hono
ra patrem z matrem: z qui maledixerit pa-
tri vel matri morte moriatur]. Honor hic z
in verbo z in om̃i dono accipiendus est: si-
cut z illo loco vbi Paulus dicit. Presbyteri
duplici honore digni sunt: maxime qui la-
borant in verbo. Honor ibi pro dono acci-
pitur. Et in alio loco. Honora viduas: que
vere vidue sunt. Quando ergo deus illa di
xit/voluit vt z in cibo z in potu z dono ho-
norarent parentes. ¶ Posteaquam patres
senescebant/z filii potestatem accipiebant in
domo/z onus erat filiis q pater vel mater
viuerent/affligebant eos filii in cibo z potu
z vestimentis per traditionem phariseorum q̃
eis dicebant: verior pater est deus. nõ in ho

noras patrem vel matrem si ista donas deo Et per talem occasionem faciebant patres ꝛ matres egentes omnib⁹ bonis/cū deus illa non manducaret: sed accipientes conderent sibi thesauros inutiles. Uel alio mō. Cū dabant patri vel matri manducare ꝛ bibere dicebant ad illos. Qđ tu manducas / ego iam ad templum domini habebam deuotū Et tunc illi expauescebant/ꝛ dicebāt. Amabilius est mihi fame mori quam ista comedere. ꝙ autem dicunt: donum quodcunqꝫ ē ex me tibi proderit: quasi diceret. quod ego do ad templum/similiter offerro pro te sicuti pro me. [Et irritum fecistis mandatū dei ꝓpter traditionem vestram. Non deus tali modo dixit honorandos vt vos inuenistis ob lucrum vestrum: ꝛ reprehenditis discipulos meos qui nulli nocent/si non lauāt manus. Hypocrite/bene prophetauit de vobꝫ Esaias dicens. Quod de vobis Esaias ꝓphetauit facitis. labijs vos profitemini dei pcepta adimplere/corde aūt ꝛ ope iniqua mōstratis. Sic dixerunt patres vestri/ omnia que precepit dominus faciemus. Sine causa autem colunt me/doctrinas hominū docentes]. Sine causa deum colit/qui labijs profitetur se cristianum esse/ꝛ opere contradicit. Qui dicit se nosse deum/ ꝛ mandata eius non custodit mendax est. [Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed qđ procedit ex ore hoc coinqnat hominē ]. Simplex preceptum est: quia apud deum nihil noceat quod manducemus/nisi iuxta creaturam aliquid fiat. [Omnis enim creatura bona: ꝛ nihil reijciendum quod cum gratiarū actione percipitur]. In alio euāgelio scriptum est/communicant. Quod ꝟbum proprie apud hebreos erat. Siquidem illi communes cibos dicebant/quos gētes edebāt de quib⁹ illi non gustabant/vt sunt lepores sues/hostree anguille: ꝛ q̄ non rumināt nec findunt vngulam/aut squames non hñt: q̄cunqꝫ comedebant/communē illum appellabant. Et inde dicit communicant hominem hoc est communem faciunt. ¶ In totis libris nostris nec ad deum/nec ad imperatorem inuenietis plurali numero dici quamuis in cōmuni nostra lingua vsus sit. Sed tñ est causa/pro qua in nostra terra hic vsus inoleuit/ad vnum hominem quasi ad duos loqui. [Tunc accedentes discipuli dixerūt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt]. Scandalū grecū nomē est/ et latine potest dici offensio vel impeditio. Inde tractū est ad offensionē animi/qꝛ sicut homo offendit in via sua ad aliquem lapidem siue laqueū: sic offendit qñ aliquod verbuꝫ contrariū in animo eius vel ratione opponitur. Et inde dicebant dño discipuli ꝙ in illa traditione quam iudei pro lege tenebant/cōtradictionem haberet immissam: ꝛ quā semper obseruabant. In quo cum reprehēderēt estimabant se habere inuentū per qđ potuissent conuincere contra legē cū locutū fuissꝫ Sed tñ requisierunt ꝛ inuenerunt ꝙ patriarche ante legem manducauerūt multa que isti nō comedebāt: ꝛ intellexerūt ꝙ deus nō ꝓpter se preceperat obseruare iudeos a talib⁹ cibis/sed propterea si permitteret mādūcare diceret ꝙ non esset bonū: qꝛ ipsi habebant ī consuetudine sic: vel etiā imitarent̄ easdem bestias vel aues in suis ꝯsuetudinib⁹ de quibusdam actis q̄ bestijs non nocēt hominib⁹ aūt nocerent si fierēt: sicut Paulus astipulatur de eisdē. Propterea tradidit illos in passiones volucrū/ꝛ quadrupedū/ꝛ serpentiuꝫ [Propterea qꝛ pharisei sic habebant acceptū ipm ꝟbum venerunt ad dñm discipuli sicut fideles ꝛ deuoti: ꝛ renuntiauerūt que audierunt. Respondens Jesus ait illis. Omnis plantatio quam non plantauit pater me⁹ celestis/eradicabit. Si omnis alterius plantatio eradicabit q̄d erit quod Paulus dicit ego plantaui: Sed ista dei est qꝛ sequit̄ deus incrementum dedit. Nam et iterum dicit. Dei cultura estis: dei edificatio estꝫ Si homo cum bona voluntate fuerit/ nemo potest illum de cultura dei eradicare: ipse vero potest. quia Hieremias dicit ego te plantaui vineam meam electam quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliene? Nullus enim eam posset eradicare nisi ipsa tribuisset assensum. [Sinite illos: ceci sunt duces cecorū]. Sinite illos dimitt i E F

te in suis erroribus: ⁊ vos nolite adherere.
Hoc de illis qui frequenter castigati a fra-
tribus ⁊ ab ecclesia: ⁊ nolunt reuerti : sicut
ipse alias. Sit tibi sicut ethnicus ⁊ publi-
canus. Et Paulus dicit. Hereticum ho-
minem post primam ⁊ secundam correptio-
nem deuita. Ceci sunt de spiritalibus ocu-
lis: ⁊ ipsi ceci qui ad eorum doctrinam at-
tendunt. [Cecus autem si ceco ducatum
prestet/ambo in foueam cadunt]. Si cecus
cecum ducere voluerit/ambo in foueam ca-
dunt: similiter insipiens si insipientem vo-
luerit docere/sicut ipse in errore versatur/si-
militer ⁊ ille in errore erit: quousqꝫ in infer-
num decidant. [Respondens Petrus dix-
it. Edissere nobis parabolam istam]. Pu-
tabat Petrus parabolam esse quod domi-
nus per simplex verbum dixerat. [Iterum
dixit eis. Non intelligitis quia quod in
os intrat in ventrem vadit: ⁊ in secessum e-
mittitur? Omnis creatura bona: ⁊ nihil re-
iciendum quod cum gratiarum actione per
cipitur]. Reprehenderunt heretici aliqui hͦ
dictum: quasi non sit naturaliter dictum/qꝛ
per poros vadit sucus cibi per menbra cor
poris. Sicut cibus digeritur in secessu/ si-
militer etiam ipsi humores ibi de ponuntur
propterea sic locutus est ipse/ sicut creator
corporis. [Ea que procedunt de ore de cor-
de exeunt: id est homicidia adulteria: ⁊ cete
ra]. Homicidium compositum est ex homi
G ne ⁊ cede. Qui enim in homine cedem fece
rit/homicida dicitur. ¶ Adulterium est
illusio coniugis: ⁊ dictum quasi adulterum
subauditur: quando aut mulier aut vir de-
serto legittimo/alterius thorum querit: ⁊ ē
maius peccatum quam fornicatio : quia in
tribus peccatur. ¶ Fornicatio vero multꝫ
modis committit᷑: ⁊ etiam in propria vxore
potest homo fornicari/si non legitttime ea
vtit᷑. Et oīs pollutio nisi cum vxore legit-
H tima/fornicatio ⁊ crimīale vitiū est. ¶ Fur
ta. Furtum est rei aliene clandestina contra
ctio: ⁊ dictū est a furuo/id est nigro: quia in
obscuro fit. ¶ Est aūt sacrilegium furtum.
¶ Falsa testimonia sunt/cū quis aut per se
aut cum alijs fratrē accusat ad aliquā con-
demnationē: quanto aūt plures sunt/tanto
peius peccatū. Sunt aūt similes iude/q̄ do
minū tradidit ad mortē. ¶ Blasphemie. I
Blasphemie sunt detractiones ⁊ male locu
tiones/cum q̄s deum ⁊ ꝓximum malis suis
verbis infamare nititur. Oīa aūt ista vi-
tia ⁊ spiritaliter fiunt. Qui em̄ ad pct̄m il-
licit aliquē/occidit se ⁊ illum. Adulteriū ani-
me cōmittit/q̄ ꝓpter auꝝ aut pro alia re: de-
um aut iustitiam dei deserit. Fornicationeꝫ
anime cōmittit/qn̄ concupiscit rem proximi
sui. Furtū facit anime/qui veritatē tacendo
reticet/detrahendi proximo aurē accommo
dat. Ista ⁊ similia maculant hominē an̄ de-
um: ⁊ abhominabilem deo reddunt. In hͦ
dn̄i verbo quod dicit: de corde exeunt/appa
ret quia sedes anime in corde est: ⁊ non in ce
rebro. Cor a greco venit quod est cardia: et K
dicitur a cura: huius due arterie sunt/e qui
bus sinistra pars plus habet sanguinis / et
dextera plus spiritus. Unde cui paraly-
sis in dexteram partē venit plus viuit /quā
cui in sinistrā. Ostendit᷑ quoqꝫ q̄ dyabolꝰ
adiutor ⁊ incentor cogitationum nr̄aꝝ pōt
esse: auctor esse non potest: nec cordis occul
ta scire/nisi quantū ex motibꝫ nostris potest
agnoscere. [Et egressus inde Jesus/secessit
in partes tyri ⁊ sidonis]. Reliquit scribas
⁊ phariseos qui semper reprehendere vole-
bant: ⁊ ꝑgit ad partes tyri ⁊ sidonis. Ty-
rus vrbs phenicum/condita a phenicibus
fuit : sydon ab ipsis similiter condita. Fue
runt vero in mari constructe: sed iugi obsi-
diōe ⁊ aggeris agregatiōe/qn̄ dn̄s in mōm
venit cōtigue terre erāt. Nā Nabuchodono
sor obsedit eas: ⁊ aggregauit multū aggerē
cū nauibꝰ: ita vt a foris muro stare posset /
qd̄ ante nō poterat. Et cepit sidonē in pri-
mis post captā iudeā. tyrū aūt ꝑ tres annos
obsedit/⁊ interim eduxerūt habitatores oīa
ꝑcipua de ciuitate/sicut Hiezechiel dt: de-
scribit ⁊ ipse gloriam eius. Post Nabucho
donosor Alexander obsedit eas: ⁊ coniunx
it terre. Tyrꝰ dicit᷑ augustia/qꝛ mari erat cic
ta: sidō piscosa/eo qd̄ pisces ibi abūdarent.
Fuerūt ꝯo filijs israhel ꝓmisse a dn̄o ⁊ ī sortē
date: ſꝫ nō potuerūt eas capere filij isrl̄. [Et

ecce mulier a finib⁹ illis egressa]. Nõ intrauit dñs finem tyrioꝝ: sed ibi prope gradiebatur. [Clamauit dicens ei]. Mulier ista chananea dicit: qꝛ de chananeis erat eoꝛuꝫ oꝛigo/ꝛ terra coꝝ iudeis promissa fuit: sꝫ ꝑpter peccata non potuerunt illos eijcere. Tres virtutes mulier hec habuit/habuit fidem: qꝛ credidit dñm ista posse facere: Habuit humilitatem/qua se non canibꝫ confessa est esse parem/sed catulis: habuit patientiam: quotiens repulsa perseuerauit. Simplex hystoꝛia auditoꝛem edificat: vt fidẽ rectam ĩ deũ habeamus: credentes impetrare quecunqꝫ poscimus: si ad salutem aĩe poscimus. Hoc quoqꝫ cum humilitate agam⁹ qꝛ coꝛ contritum et humiliatum deus non spernit. Patientiam nihilominus habeam⁹ cũ perseuerantia. Iuxta allegoꝛiam mulier ista ecclesiã significat ex gentibus ad dominũ conuertendam/que a finibus suis egressa est: vicꝫ a pristina cõuersatõne ꝛ a pristinꝫ vicijs separata/in ecclesiaꝫ cristi ingressa. Filia eius: anima est vniuscuiusqꝫ ex ipius populis: que a demonio vexabat/ antequã in deũ crederent. [Qui non respondit ei verbũ]. Non de supbia hoc fecit: sed ne occasionem iudeis daret respuendi ꝟbum/ꝛ ꝑdicationem suam/qꝛ ipse dixerat. In viam gentium ne abieritis: ꝛ vt patientiam ipsi⁹ mulieris ꝛ ꝑseuerantiam ad instructionem videntiũ ꝛ audientiũ mõstraret. [Et accedentes discipli/rogabãt eũ dicentes. Dimitte eã/quia clamat post nos] Importunitate eius carere cupientes cõmonebant. [Nõ sum missus nisi ad oues que perierant dom⁹ Israbel]. Non qꝛ ad gentes non sit missus: sed primo ad Israhel propter electionẽ patrũ ꝛ priuilegiũ/qđ ille ꝑplus semper habuit apud deũ ꝛ cum ille reppulisset/tunc ad gẽtes mitteret. [Ad illa venit/ꝛ adoꝛauit eum dicens. Domĩe adiuua me]. Sic debem⁹ esse impoꝛtuni in oꝛationibꝫ ꝛ ꝑseuerantes Primo dixit filium Dauid/ꝛ nunc dominũ dicit/ꝛ adoꝛat vt dñm. [Non est bonuꝫ sumere panem filioꝛum/ꝛ mittere canibus] Nunc dñs mystice ad eam loquitur: et ille panis diuini verbi p Moysen ꝛ prophetas

Mẽsa nãqꝫ est scriptura sacra/q̃ iudeis panẽ vite mynistrare debebat/sed mice cadebãt qꝛ spũalem intellectũ iudei negligebãt. Mice eñi pueroꝝ/interna mysteria sunt scriptũrarum q̇bꝫ humiliũ solent coꝛda refici. Nõ ergo q̃rebat ista mulier crustas/sed micas de pane pueroꝝ spiritaliũ/medullã sensum quã iudei non curabant. Iñ dicit dñs / nõ est iustũ tollere doctrinã filijs iudeis/ꝛ dare vobis canib⁹: q̇ ꝑpter ydolatriã ꝛ sanguinẽ ac cadauera moꝛtuoꝝ/q̇bꝫ dediti estꝫ: canes estis. [At illa dixit etiam dñe]. Dixit dñs nõ est bonũ. Illa respõdit/qꝛ bonũ est ꝛ dat exemplũ de hoĩbꝫ qđ sicut illi qñ manducãt decidũt mice de mẽsa canibꝫ: sic ꝛ iustũ sit vt sint iudei dñi ꝑpter pr̃es ꝛ ꝑpt te q̇ ex illis nat⁹ es ꝛ nos sum⁹ nõ etiaꝫ canes magni cũ ꝑmitiuo/ sꝫ cũ diminutiuo catelli ꝛ nõ q̃rim⁹ integrã gr̃am doctrinã ꝛ secretioꝛa mysteria/qꝛ nõ sum⁹ digni/sed apertioꝛa ꝛ simplicioꝛa ꝑcepta. [Tũc respõdẽs Iesus/dt illi o mulier magna est fides tua/fiat tibi sicut vis]. O mulier laudãda q̃ a dño laudata es. Apli arguti sunt frequẽter/modice esse fidei: ꝛ tu dicta es hr̃e magnã fideꝫ Qui põt imitetur eã ꝛ veniet ei sicut illi dictũ ẽ/fiat tibi sicut vis. Utinã oĩs digne petemus ꝛ sic ĩpetrem⁹. [Et sanata filia ei⁹ est/ex illa hoꝛa]. Ecclesia de gẽtib⁹ oꝛãs ꝑ suis exaudit sanatqꝫ aĩe cottidie a moꝛbꝫ dyabolicis: cum et pagani in baptismo renouantur: ꝛ peccatoꝛes per confessionem et elemosinarum largitionem: ac precũ assiduitatem: ad innocentiam reuertuntur. [Et cũ transisset inde Iesus: venit secus mare galilee]. Unde ante fugerat dñs ne rex fieret/iterum reuertitur: intelligens immutata esse coꝛda eoꝛum: qui de panibus saturati fuerant: ꝛ sicut aquila vel gallina prouocat ad volandum pullos suos non cessat predicare hac ꝛ illac: et verbi pabulum subministrare. [Et ascendens in montem: erat ibi]. Amabilis locus iste mons erat domino: quia remotus erat a frequentia ciuitatum: ꝛ secretus ꝛ ad docendũ ꝛ ad orandũ. [Et accesserunt ad eum turbe multe. Non erat in toto mundo / neqꝫ qui sic doceret.

neq̄ q̄ talia faceret/ꝓpterea ita ardenter con
currebant ad eũ/hñtes secũ mutos/cecos ⁊
claudos/debiles ⁊ alios multos ]. O sylla
ba communionē hꝫ cum au diphtongo: vt
est lotus pro lautus similit̄ clo diphtõgus
pro clauditur. Uidendũ est nobis quare de
biles dicit/⁊ postea dic̄ alios mlt̄os? Quia
sicut beatus Hieronymus dicit/in latina
lingua non habet vna infirmitas speciale no
men/sicut apud grecos: ⁊ in nr̄a rustica lin⸗
gua idcirco posuit debiles. Qui enim nr̄a
ligua luscus dicitur/grece dicitur killos: vt
cum interpres hoc inuenit in greco/non ha
buit aliud in latino dixit debiles: ⁊ in repli
catione sanitatũ enumerauit mutos loquen
tes/cecos videntes/ claudos ambulantes.
De illo verbo siluit/qđ in ꝓprietate lingue
latine vt diceret non inuenit. [Jesus autē
conuocatis discipulis/dixit. Misereor tur⸗
be/qꝛ triduo sustinent me]. Utraq̄ natura
domini in hoc facto monstrat̄: ⁊ diuina qua
miraculũ facit/⁊ humana qua turbe misere
tur. [Et dimittere eos ieiunos nolo/ne defi
ciãt in via]. Qđ de septem panibꝫ quatuor
milia satiauit/sua est clementia. misericors et
miserator escam dedit timentibꝫ se. Mysti⸗
ce ostendit/ꝙ viam istius seculi aliter nequi
mus incolumes trãsire/nisi verbo redemp⸗
toris nostri sa[t]iemur. Per illam quam supe
rius audistis de q̄nq̄ panibꝫ satiatis/spiri⸗
talis refectio quam suis fidelibꝫ de veteribꝫ
exhibuit. Ista aũt significat eam satietatē
quã de euangeliis suis ĩ se credẽtibꝫ facit. in
illa littera veteris testamenti spiritalis gr̄a
credentibꝫ reuelatur. Utraq̄ refectio in vno
monte celebrat̄/qꝛ ⁊ vnus est dator: ⁊ vtraq̄
refectio ad vnam cenam inuitat/quam idē
nobis p̄parauit/q̄ istam dedit. Qđ dic̄ tri
duo sustinent me: siue ꝓpter p̄dicationem si
ue ꝓpter suos infirmos sanandos. Spirita
liter ꝟo turba triduo sustiēt/cum omnes cre
dentes in sanctam trinitatem/remissionem
pctõꝝ ab ipso expectant/vel triduo dominũ
sustinent/cũ in cogitatione/locutione/⁊ ope
obseruant ne deum offendant. Dimittere
eos non vult ne deficiant in via/qꝛ licet cre⸗
dant in eũ populi inter tot aduersa titubant

in via/nisi frequenter consolentur ⁊ recreent̄
ꝟbi diuini admonitione. [Qđ panes habe
tis]. Interrogat qđ eũ nõ latet/vt alij cog⸗
nito miraculo edificent̄. Qui miracula fecit
ordinauit/vt tunc essẽt q̄nq̄/nunc septẽ/ꝓ⸗
pter septem dona spiritu sc̄ti/de q̄bꝫ creden⸗
tes replẽtur. Non dicunt̄ aũt fuisse hordea
cei: qꝛ euangelij reuelatam gloriam domini
qua vetus testamẽtum texuerat adnuntia⸗
uit. [Et paucos pisciculos]. Per quos alij
libri noui testamenti figurantur/vt epistole
Pauli apostoloꝝ actus/eorundem apocalip
sis/⁊ reliqui: vel sãcti q̄ in illo tempore fue⸗
re/quorum ipsa scriptura vitam ⁊ passionē
continet. Qui quasi de profundo huius se
culi electi ⁊ eleuati/a celesti benedictione cõ
secrati reficiũt/cum exemplo nobis sunt ad
bene agendum. [Et precepit turbe discum⸗
bere super terram]. In alia refectione super
fenum discubuerunt/quia illis antiquis po
pulis solummodo voluptates carnales pre⸗
ceptum est calcare/in euangelio ꝑfectis om⸗
nia terrena cũ voluptatibus preceptũ est ab
dicare. [Et accipiẽs septẽ panes gr̄as agẽs/
fregit ⁊ dedit discipulis: ⁊ discipuli dedert̄
ꝓplis]. Quia dñs erudiẽs apostolos suos
⁊ ꝑ eos, voluit erudi turbas. Quod grati⸗
as agit/ostẽdit quãtũ ꝯgaudiat de salute ge
nerꝫ humani/⁊ vt nos gr̄as agere de omībꝫ
collatis vite muneribꝫ doceat. Et ex hoc lo⸗
co siue ex alijs ꝯsuetudo ꝟuat̄ a fidelibꝫ ci⸗
bũ bñdicere: ⁊ ꝟsum psalmi decantare licꝫ
⁊ illa gens iam haberꝫ in cõsueutdine. Qđ
dicit̄ fregisse/apertionem ꝟcat sacramentoꝝ
q̄bꝫ ad perpetuam salutẽ instituendus erat
populus. [Et comederunt ⁊ saturati sunt].
Cõedũt ⁊ saturant̄ de panibꝫ ac piscibꝫ dñi
q̄ audiũt eloq̄a dñi ⁊ intuẽtes p̄cedẽtes san
ctos/seipos ad supna excitãt desideria. [Et
qđ supfuit đ fragmẽtꝫ/tulert̄ septẽ sportas]
Per hec fragmẽta intelligunt̄ altiora ꝑfectõ
nis p̄cepta/q̄ mlt̄itudo ꝓpli neq̄t intelligere
vl̄ ꝟuare: vt sũt mlt̄a de diuinitate atq̄ de ꝟ⸗
ginitate ꝟuãda/seu dereliq̄ndo oĩa q̄ ꝑfectꝫ
⁊ volẽtibꝫ nõ p̄cepta/sꝫ ĩ exẽplo mõstrata sꝫ.
Qđ ꝟo septẽ sunt sporte/ꝓpt̄ spũssc̄ti gr̄aꝫ q̄
septenario nũero a ꝓpheta p̄dicat̄. Per septẽ

sportas/electi predicatores ostenduntur:q̄z
sicut sporte de iunco ⁊ palmis sunt:ita for/
titer ⁊ indefesse memoriam sui conditor⁊ in
corde seruant:et quasi florent cum de die in
diem nouo desiderio ad amorem condito/
ris anhelant:de quibus dicitur.Iustus vt
palma florebit. ¶ Fiunt autem ⁊ ipse spor
te ⁊ parue/quas videmus in Basilicis cum
oblationibus ferri:etiam magne/vt tria vel
quatuor modia annone capiant:etiam vt in
firmi cum ipsis possint portari: sicut et ibi
factum est.[Erant autem qui manducaue/
runt quasi quatuor milia].Ut ipso numero
ostenderent de euangelijs se pastos esse cy/
barijs.Similiter nec isto signo mulieres ⁊
paruuli mittuntur in numerū/propter mu/
tabilitatem et imperfectionem.[Ascendit in
nauiculam/⁊ venit in terram Magedan].
Et Marcus dicit dalmanutha. Dicunt
aūt doctores:aut vnus locus est duo nomi
na habens/aut vitium scriptoris factum est
in Marco.[Et accesserunt pharisei/⁊ temp
tantes rogauerunt eum vt signum de celo
ostenderet eis].Ioannes narrat quale sig/
num querebant:sicut iam superius dictū ē
quia ⁊ post saturationem quinq̄ panum/si/
milia postulauerunt vt pasceret de māna po
pulū/vel faceret tonare Sed neutrū de il/
lis duob⁹ signis de alio celo venit/nisi de is
to vbi volucres volant/vnde volucres celi
M dicimus.¶ Tonitruum autem ventus et
aqua faciunt:quia cum ventus in nube se
incluserit querit aditum vt erumpat:⁊ cum
rescindit nubem/sonū facit/⁊ ignem creat/
⁊ simul oriuntur:sed lux ante videtur quia
clari⁹ est lumen/⁊ acutior est sensus visus q̄z
auditus.Quia longi⁹ videm⁹ quā audia/
mus.Ideo aūt ignis fulminis maiorē vim
habet ad penitrandū q̄z subtilior est quā no/
ster/id est q̄ nobis in vsu est.Fit aūt per eū
aliqñ castigatio in hominib⁹/sicut per alia
elementa.De ipsis etiam elemētis signa vi/
derant/qñ dñs mare ⁊ ventos compescue/
rat.Sed qui dominū temptando aliqd pe/
tūt/non merentur accipere/sicut nec illi fece
rūt.[Facto aūt vespere dicitis/serenū erit/
rubicundū est enim celū].Sicut solet eue/
nire.Si sol in nube vesptina aquā circa se
non habuerit/sed rubicundā nubē:sequenti
die pluuia non erit.[Et mane (subauditur
dicitis) hodie tempestas (subaudit erit)ru
tilat enim triste celū].Qñ nubes oriente so
le rubicunde sunt/pluuia ipa die erit.Inde
dicit domin⁹ ad iudeos.[Faciem celi diju/
dicare nostis/ signa aūt tempor⁊ non pote/
stis scire/⁊ consuetudinem habet⁊ notatas
pluuias vel serenitates/⁊ signa aduent⁹ fi/
lij dei ex ꝓphetar⁊ oraculis non potestis sci/
re.Generatio mala ⁊ adultera signū querit/
⁊ signū non dabitur ei/nisi signū Ione pro
phete].Iam de hoc superi⁹ dictū est:⁊ hoc
nūc dixisse sufficiat/qui in signo mortis do/
mini/⁊ de celo signū datū cum sol celū atra
nube texit/⁊ de terra signū datū est cor/
pus terrenū surrexit/⁊ de inferno claustra ip
si⁹ fracta/⁊ multa milia sanctor⁊ extert.[Et
relictis illis abijt].Et tūc dñs incredulos
deserebat/⁊ adhuc inuisibiliter hodie eadē
facit.Deserit incredulos ⁊ supbos/⁊ requi
escit in trementib⁹ sermones suos.[Et cum
venissent discipli ei⁹ trans fretū/obliti sunt
panes accipe].Iter⁊ post saturationē popu
lorum aufert se de ipso loco:ne forte pplus
eandē voluntatē haberet/quā superi⁹ habue
rat.Qd vero dt/q̄z obliti sunt discipuli pa
nes tollere:ostendit q̄z nec dñs nec discipli
magnope de cibo terreno cogitabāt.Siue
ideo:q̄z abūdantia panis erat in ipa terra:
⁊ qd ad victū ptinebat/ministrabat popul⁹
dño ⁊ discipulis ei⁹.Quō obliti sunt cum
dictū sit/ꝙ sustulerūt septē sportas?Sed ip
sum ad paupes dimiserūt:solūmō vnū pa/
nē habebāt/qñ ipm lacū trāsierūt.habebāt
vnū/⁊ aliū spiritalē q̄ dixerat/ego sum pan⁊
viu⁹ q̄ de celo descendi/ꝓpterea nō erat eis
necesse terrenū q̄rere.Qui dixit eis.[Intu
emini ⁊ cauete a fermēto pharisseor⁊ ⁊ sadu
ceor⁊].Dñs sicut sp docebat discipulos/ne
aut ipsi ociosi/aut vacui a bono ope cessa/
rēt/ precipiebat vt custodirent se a doctrina
phariseor⁊.Per fermentū/doctrinā volens
intelligi.¶ Doctrina phariseor⁊/decreta di
uine legis traditionibus hoim postponere/
vel verbo domini mandata predicare:fact⁊

impugnare. In alio euangelio etiam a fermẽ-
to herodis cauendũ iubet. Fermentũ hero
dis/est adulteriũ/homicidiũ/simulatio reli-
gionis. ¶ Fermentũ a feruore nuncupatur
q̇ȯ plus quã vna hora non potest contineri:
crescendo enim excedit. [At illi cogitabant
inter se dicentes: qꝛ panes non accepimus].
Dominꝰ spiritaliter loq̄batur: discipli car-
naliter accipiebant. Cogitabãt eũ scire eos
panes non habere: vt cũ farinam inuenirẽt/
non fermentarent de fermento phariseorũ.
[Sciens aũt iesus dixit eis. Quid cogita
tis inter vos modice fidei/ꝙ panes non ha-
betis? Non dico nec de illo fermento/nec de
illo pane vnde vos cogitatis. Nondũ intel
ligitis/neq̃ recordamini q̇nq̃ panũ ⁊ q̇nq̃
milia hominũ]. Quando dicit: nondũ in-
telligitis: spiritaliter intelligentiam req̄rit:
qꝛ miraculũ omnes q̇ viderũt intellexerunt
Vult vt illas saturationes/⁊ panem/⁊ pis-
ces/⁊ fermentũ intelligant spiritaliter: qꝛ si
fermentũ farine mixtũ fuerit: q̇ȯ paruũ vide
bat̃ in maiꝰ creuit: ita ⁊ doctrina mala plus
crescit/quam bona: sicut apostolus dicit.
Modicũ fermentũ totam massaꝫ corrũpit.
Similiter ⁊ heretica doctrina/si ad modicũ
in alicuius pectore serpserit/cito peruertit il
lũ. Omnis enim homo ad malũ citiꝰ infor
mat̃ quã ad bonũ. [Venit iesus in partes ce
N sarec philippi]. Iste est Philippꝰ frater hero
dis/cuiꝰ vxorem herodes habebat: in cuius
partes sui regni venit iesus in loco nũcupã-
te cesarea. Siq̇dem ipse Philippꝰ reedifica
uit ciuitatẽ quandã in honore tyberij cesarꝫ
⁊ vocauit eam cesaream philippi/in honoreꝫ
tyberij pariterq̃ sui/sub quo ipse regnabat:
qꝛ alia iam ibi erat ex proprio nomine eius/
tyberiadis edificata. Est aũt prouincia phe
nicis ad radices libani/q̇ habꝫ cedros ma
gnos: vbi sunt duo fontes/Ior/⁊ Dan: q̇
inde longe in simul veniũt/⁊ iordanem faci
unt fluuiũ. Vocat̃ vero nũc ipsa ciuitas pa
neas. Est aũt alia cesarea/quam herodes re
edificauit in honorem Octauiani: ⁊ voca-
uit eam cesariam: q̃ m̄ priꝰ turris stratonis
dicebat̃. Cũ ergo ad hũc locũ veniret ⁊ sicut
Lucas dicit cũ sine turbis esset: ⁊ duodeci
cũ eo in via fuissent discipuli: interrogabat
eos dicens. [Quem dicũt homines esse fi-
liũ hominis]. Dixi superiꝰ quare filiꝰ homi O
nis vocet̃: qꝛ videlicet consuetudo fuerit in
ipsa gente prophetam aut preclarũ virũ aut
hominem dei/aut prophetam aut filiũ Adã
id est hominis appellari. Unde hiezechiel fi
liꝰ hominis appellat̃ freq̄nter. Idcirco dicit
quem dicũt filiũ Adam esse: ⁊ non dicit/quẽ
me dicũt: ne iactanter de se querere videret̃.
Homines illos appellat qui mentiunt̃ de
filio dei: quia omnis homo mendax. Qui
aũt veritatem de filio dei sentiũt/q̇si super
homines sunt. [At illi dixerũt]. in hoc loco
primitus nomen cristi. domino Cristo im-
positum est a beato Petro/⁊ ceteris aposto
lis per reuelationem spiritus sancti. Et sic
ioseph preceptum est ex persona dei vocare
eum iesum/sic ex persona spiritussancti ordi-
natum est vocare eum cristum per beatum
Petrum ⁊ ceteros apostolos. Notandum
vero: quod non eo more dominum appellat
quo secularis doctrina apud nos docet: sed
tu es: sicut in antiq̇s libris inuenitur viros
fuisse maiores. Siq̇dẽ Romulus ⁊ remus P
duo fratrrs tante concordie fuisse dicuntur
vt nihil vnus sine alio vellet habere: ⁊ om-
nia communia dicerẽt ⁊ haberẽt: sicuti mo-
do monachi faciũt. Ex hac re increuit con-
suetudo in hac Gallia/vt dominos plurali
numero appellent. [Alij ioannem baptistã]
Scilicet quasi ipse deberet resurgere/eo ꝙ
modico tempore predicasset. [Alij Heliã].
Qui habetur in libro prophetie eius: quia
prophetam in gẽtibus dedi te. Et q̇a mors
eius in scriptura non legitur/dicebant eum
venturum gentibus predicare. Falsa erit de
niq̃ eorum opinio de hieremia: quia in suo
libro inuenitur quomodo prophetauerit ad
gentes/ad Moab/ad idumeos ⁊ ad Baby
lonios: propterea completum est quod ad
ipsum dictum fuerat: prophetam in gentibꝰ
dedi te. Habemus quoq̃ scriptum ꝙ iudei
lapidauerunt eum in Egypto: quia prophe-
tabat Nabuchodonosor illuc esse venturuꝫ
post iudeos: quia pro illius timore illuc fu-
gerant. [Aut vnum ex prophetis). quilibet

de prioribus. [Dixit autem illis. Uos au
tē quē me esse dicitis]? Ac si apte dicat. [Se
questrans eos ab hominibus/filios dei per
adoptionem factos insinuans dicit. Uos q̃
dij estis/quem me esse dicitis?] Recte dij vo
cabantur/in quibꝰ deus habitabat: ⁊ q̃ om
ni die verbum dei audiebant. Illos eñ ad
quos sermo dei factus est / deos psalmista
appellat dicens: ego dixi/dij estis. Conside
randa vero distinctio: quomodo dominus
de sua humilitate discipulis dicit: Filium
hominis/non dicit filium dei. Multo enim
sepius in euangelio se filium hominis/ quã
filium dei dicit. Et hec omnia vt nos ad hu
militatem informet. [Respondens Petrus
dixit ei]. Petrus respõdet pro omibꝰ: quia
ipse iam in caput apostolorum erat constitu
tus. Et quod ipse respondit/omnium apo-
stolorum responsio est: quia ⁊ ipsos fuerat
interrogatus. Uos quem me esse dicitis?
Et quod dominus Petro dixit/omnibus
dicit apostolis. [Tu es cristus filius dei vi
ui]. Tu es cristus. Si alij dicti sunt chri-
sti nuncupatiue/quia ad tempus populum
regere debuerunt: tu veracius es cristꝰ: qꝛ
tu es rex omnis terre. Tu es filius dei viui
qui essentialiter deus es: ⁊ non vt isti alij q̃
dicuntur dij ⁊ non sunt: quia opera manu
um sunt: non vident neqꝫ audiēt. Tu es au
tem illius dei filius/qui a iudeis adoratur
⁊ colitur. De quo dictum est. Notus in iu
dea deꝰ: in israhel magnũ nomē eiꝰ. Quid
ipsi hoies errent de te/cum ipsis quid de te
sentio dico. Cristus dei es: ⁊ filius dei es: il
lius dei/ante cuius arcam dagõ iacebat trũ
catis manibꝰ ⁊ pedibꝰ. [Respondens iesus
dixit ei beatus es Symon bar iona]. Bar
Q syriace filius/iona columba. Et in hoc bea
tus: qꝛ filius spiritusſcti simplex vt colũba:
astutus vt serpens. Et in hoc beatus. [Qꝛ
tibi non reuelauit caro ⁊ sanguis]. Hoc est
viuens homo qui de carne ⁊ sanguine con-
stat: sed pater meus: ille ipse quem tu con-
fessus es. Pater viuens in comparabiliter:
pater meus qui in celis est: ⁊ ego etiam cuꝫ
ipso: ⁊ spiritusſctũs/cuius filiꝰ spiritalis es
Nouerat q̇dem dñs Jesus quid apl̃i de eo

crederēt/q̇d ve sentirent/⁊ q̇d responsuri es
sent. Sed ad insinuandam humilitateꝫ no
bis/placuit inuisibiliter cũ pr̄e spũſctõ reue
lari apostolis in corde: ⁊ p̱ illoꝝ confessionē
in mundo audiri: ⁊ dignã cõfessionē digna
mercede remunerari: vt omnes certi sint q̇-
cunqꝫ fuerint confessionis huius vsqꝫ in fi-
nem seculi consonantes ⁊ confitentes/ erũt
⁊ remunerationis consortes. [Et ego dico
tibi: qꝛ tu es Petrus]. Dixisti: tu es cristꝰ
⁊ ego dico tibi/q̄ tu es Petrus. Qꝛ ego
sum cristꝰ inunctus oleo inuisibili a patre/
rex cristianoꝝ: ⁊ tu fundamentũ eoꝝ. Bea
tus es Symon: id est obediens/q̇a filiꝰ co-
lumbe: ⁊ quia Petrus/id est firmus. [Et su
per hanc petrã edificabo ecclesiam meam].
Sup̱ hanc firmitatē fidei quam confessus
es/edificabo eccl̃iam meã: ⁊ sup̱ me edifica
bo te cũ omni eccl̃ia mea. [Et porte īferi nõ
preualebunt aduersus eam]. Quicunqꝫ de
ecclesia mea studuerit esse/ ⁊ de his qui ita
confessi fuerint: porte inferi nõ preualebunt
aduersus eos/vt possint eos trahere ad se:
vt ipse alias dixit. Nemo põt rapere oues
meas de manu mea. Uel porte inferi: pecca
ta atqꝫ vitia seu doctrina hereticoꝝ/per quã
illecti homines ducunt̃ ad tartaꝝ. Multe sūt
porte inferi: sed nulle ecclesie preualent: q̇a
qui fidem cristi in corde tenuerit perfecte/
omne quicquid exterius accidit temptatio-
nis facillime deuincet deo ꝓtectore. Qui-
cũqꝫ ab ecclesia recesserit fide vel opere: iste
non sup̱ terrã sed sup̱ harenã fundamentuꝫ
posuisse credendũ est. [Et tibi dabo claues
regni celoꝝ]. Claues regni celoꝝ scientia di
scernendi/potentiaqꝫ qua dignos recip̱e in
regnũ/indignos excludere debeat intelligi
tur. [Et quodcunqꝫ ligaueris sup̱ terrã erit
ligatũ ⁊ in celis: ⁊ quodcunqꝫ solueris sup̱
terram erit solutum ⁊ in celis]. Hoc tã Pe
tro quam omnibꝰ apostolis ⁊ successoribus
eorum qui in ecclesia eundem locum tenent
recte credimus concessum: quia ipse post
passionem apparens eis: dixit. Accipite spi
ritum sanctum: quorum remiseritis pecata
remittuntur eis / et quorum retinueritis re
tenta sunt: vt videlicet cum agnouerint cau

sas peccantium quos cognouerint vere penitentiam agere: ꝛ nolle vltra reuerti ad vomitum peccati/illos absoluere dignos iudicent: ꝛ a timore mortis perpetue consolent. Quos vero in peccatis criminalib⁹ vitā finire viderint/illos perpetuis supplicijs tradendos insinuent: sicut ipse dominus insinuat dicens. Si ecclesiam non audierit/sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. Similitudo datur de leprosis in leuitico/ꝙ sicut sacerdos iubebatur considerare leprosum/ vt ad arbitrium eius decerneretur qui esset leprosus/ꝛ qui non esset: sic et episcopi ꝛ sacerdotes in ecclesia illos debent ligare quos viderint leprosos in anima de peccatis criminalibus. Cum vero viderint aut audierint ablatā lepram: id est peccata per digna opera penitentie ꝛ confessionis/tunc debēt illos absoluere. Quod iam sub exemplo Lazari diximus: vt illum studeat absoluere quem dominus in anima resuscitauit: qꝛ si discipuli ante soluissent Lazarum quam dominus illum resuscitasset/fetorem potius ostenderent quam virtutem. Quod autem quasi soli Petro hec legatio dici videtur: ideo fit quia ipse locutus est pro omnibus/ ꝛ in ipso omnibus responsum est: ꝛ ipse vera fide confessus est: ꝛ vero amore fuerat secutus: etiam ꝛ ob hoc vt omnes credentes pro certo sciant: ꝙ quicunqꝫ se ab vnitate fidei segregauerint/nec veniam peccatorum consequentur/ nec aditum regni celorum intrare poterint. Imitemur ergo beatum Petrum in confessione vere fidei: vt sic et corde credamus/ꝛ ore confiteamur. Imitemur illum de sua simplicitate: quia filius columbe appellatur. Constantia quoqꝫ vincendas voluptates seculi par illo esse satagamus: vt ad illum cum quo ipse est peruenire mereamur. [Tunc precepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset Christus]. Legimus supra quia misit discipulos suos ad predicandum/ꝛ iussit adnuntiare aduentum suum ad eos: nunc precepit ne eum dicant christum. sed discretio est intelligendi. Supra iussit vt adnuntiarent venisse/ qui verbum salutis eis adnuntiaret/ et infirmos eorum curaret/ vt venirent ad eum. Et post cum videret qui dignos se facerent ad noscenda secretiora sacramēta pādderentur eis cum apostolis. qui ꝓ o facerēt se indignos recederent vacui cum phariseis sicut ipse dixit. [Ne mittat⸫ margaritas vestras.] Simili modo in hoc loco pcipit ne ne passim eum Christ um adnuntiarent: ne differetur vtilitas crucis/ꝛ mundus non redimeretur. Seu alia causa. Christus magnum nomen erat in ipsa gēte sicut apō nos est cesar ꝛ augustus. Non vult ergo publice illud nomen de se predicari ne scandalum iudeis fieret/quod arrogaret sibi regiā potestatem. Unde postea iudei eum accusauerunt apud Pylatum/ꝛ tamen Pylatus inuitus scribendo confirmauit ꝙ rex esset iudeorum. Quod intelligitur/quia sic reges vocabantur videlicet christi: ꝛ exemplū dedit suis/ne querant magni dici in populis. Non est autem saluatoris proprium nomē Christus/sꝫ commune dignitatis nomē ꝛ potestatis. Ihesus christus proprium vocabulum saluatoris est. [Ex inde cepit Jesus ostendere discipulis suis quod oporteret eū ire Hierosolimam/ꝛ multa pati a seniorib⁹ ꝛ scribis ꝛ principibus sacerdotum]. Nūc quare preceperit nō se manifestaturum christum in populis declarat. Acsi aperte dicat [Cum me videritis post passionem resurgētem a mortuis: quia nihil prodest predicare nunc paulu lum videri/ derisui haberi ꝛ obprobrio/crucifigi ꝛ flagellari]. Predicit etiam passionem suam / vt minus dubitent in eius resurrectione. Et notandum ꝙ ille qui hec passurus dei filius/ hominis sit: quia diuinitas impassibilis extitit in passiōe. Ille qui de sancta Maria nat⁹ est ille passus est. [Et assumens eum Petrus/cepit increpare illum dicens]. Beatus Petrus pro nimia fide ꝛ amore que habebat erga deū nostrum cum audisset obprobria ꝛ mortē quā dominus predicebat se passurum Hierosolimis/apprehendit dominum secreto/ne corā alijs videretur magistrum redarguere: ꝛ cepit ei de affectu felicitatis dicere. [Absit a te domine: non erit tibi hoc.] Id est ħ qđ

dicis longe sit a te. Uel sicut in greco habz
ilaso tetisoi. ιλασο θητισοι Quod est pro/
pitius esto tibi. Nolebat enim destruere cō
fessionem suam: ⁊ putabat perdere premiūz
saluatoris quod audierat: beatus es Sy/
mon bariona: ⁊ reliqua que audierat. Nec
putabat posse fieri vt filius dei occideretur
[Non erit tibi hoc]. Non possunt aures
mee ista percipere: nec cor meum credere.
[Qui conuersus dixit Petro. Uade post
me sathanas]. Sathanas dicitur contrari/
us: vade post me/meam sequere voluntatez
⁊ noli esse de his contrarius que a me ordi/
nata sunt cum patre. Discipulus es / pro/
pterea debes sequi/non docere. Non est si/
milis ista sententia illi quam ad dyabolum
dominus dixit: quia illi dictum est vade sa/
thanas/subauditur in abyssum. Isti autem
vade retro post me/id est me imitare/vt eadē
velis que ego. Non est autem mirum si do
minus Petro talia dixit: post tantam bea/
titudinem quam supra dixerat: quia beat⁹
Petrus adhuc non erat perfectus; adhuc
eum erat negaturus: ⁊ omnia illa a deo nō
ad presens concessa fuerant/ sed in futuro ꝓ
missa: id est tibi dabo / non do; ⁊ reliqua.
Non enim sapis que dei sunt: ignoras dei
ordinationem quia dispositum habeo per
meam mortem redimere mundum: ea que
hominum sunt mihi suades/quando mor/
tem refugere suades: quia ipsam solent pu
ri homines timere. [Tunc Jesus dixit dis/
cipulis suis]. Nec ista nec superius comp̄/
hensa dixit turbis/sed discipulis suis: quia
non erant ista in perfectionibus predican/
da: verum perfectis. [Si quis vult post
me venire]. Si quis vult me imitari: sicut
discipuli facere debent magistrum. Post/
quam predixit de suis contumelijs et mor/
te/armat suos: vt preparent se ad eadem ꝑ
ferenda. [Abneget semetipsum]. Desinat
esse quod hactenus fuit per malam conuer/
sationem super phariseorum traditionem /⁊
incipiat esse nouus per meam admonitionē
Deneget in suis actibus vetus homo esse
qui corrumpitur secundum desideria sua: ⁊
incipiat nouus Adam fore/ qui renouatur
de die in diem in agnitione dei. [Et tollat
crucem suam/⁊ sequatur me]. Crux a crucia R
tu dicitur: ⁊ per crucem mortificatio vitioꝝ
intelligitur. Et sicut is qui crucifigitur hu/
ic mundo moritur: sic is qui christum sequi
vult debz mortificare passiones membrorū
suorum. Duobus autem modis crux tol/
litur: cum aut per abstinentiam corpus affi
citur: aut per compassionem proximi ani/
mus affligitur. Quod Paulus alijs ver/
bis idipsum clamat inquiens: Mortificate
membra vestra: que sunt super terraz/iram
fornicationem/auaritiam: ⁊ reliqua. In se/
ipso nobis exemplum monstrauit/ qui ait.
Castigo corpus meum ⁊ in seruiturem re/
digo/ne forte cum alijs predicauerim ipse re
probus efficiar. Ecce audiuimus de cruce
corporis sui: requiramus de compassione
proximi. Ait namq;. Quis infirmatur et
ego non infirmor? quis scādalizatur ⁊ ego
non vror? [Qui enim voluerit animam su/
am saluam facere/perdet eam]. Qui sic vo
luerit animam suam saluam facere/vt nolit
eam dare pro cristo/perdet quando melius
habere debet. [Qui autem perdiderit ani
mam suam propter me/saluam faciet eam].
Qui tradere non timuerit propter me ani/
mam suam in hoc seculo/saluam faciet eam
in futuro. Quasi agricole dicatur. Si vis
saluum facere frumentum/perde illud in ter
ra: quia si seruaueris in horreo/peribit: Si
in terram ieceris/recipies duplo. Hoc illis
tunc dictum est: qui inter persecutiones ꝓ/
sati sunt paganorum. Nos similes esse mar
tyribus si volumus/debemus mala proxi/
morum ⁊ persecutiones malorum cristiano
rum equanimiter ferre: quia non erimus cō
sortes martyrum/si non erimus passionum
vel in aliquo participes. Qui autem per/
diderit animam suam propter me/vel (sicut
in alio euangelio habet) propter euangeliū
meū/inueniet eam: vel sensu quem superius
diximus; vel per animam nostram volupta
tes huius seculi. Quicunq; pro dei amore
delitias ⁊ voluptates huius seculi abnega
uerit sibi / in eterno seculo recipiet quales
nec oculus vidit / nec in cor hominis ascen

dit: que preparauit dominus diligentibꝰ se.
[Quid enim prodest homini si mundū vni
uersum lucretur/anime vero sue detrimentū
faciat?] Quid profuit illis imperatoribus
qui istum mundum habuerunt per viginti
annos/vt Octauianus per quinquaginta
tres annos/cum iam ꝑ octingentos iaceat ī
inferno? Nunquid non fuerat ei melius es-
se socium lazari pauperis/quam modo esse
socium diaboli? Transierunt omnes hono
res illius tanquam vmbre/et tanquam som
nium. Frequenter cum aureis curribus et
aureis scutis suscepti sunt a consulibꝰ: et po
stea nudi et rei excepti a nigerrimis demo-
nibus/et in eterno igne religati. Quod pe
ius est multi christiani ibunt cum ipsis qui
viam veritatis scire debent. [Aut quam da
bit homo commutationem pro anima sua]
Nullam commutationem debet homo da
re pro anima sua: sed quod peius est multi
sunt qui preponunt corpus anime: ⁊ tempo
ralia eternis: ⁊ non cogitant de anima nec
de vita perpetua: sed honoribꝰ terrenis/⁊ de
caducis: ⁊ venundant se vt faciant malum
sicut de Achab dicitur. Qui venundatus
est vt faceret malū. Quibus frequent̄ eue
nit vt Balaam. Qui cum prohibitꝰ esset a
deo ne iret ad maledicendum populum du
ctus cupiditate muneris ⁊ iterum atqꝫ iterū
interrogauit deum/cum non esset vt homo
qui mentiri posset. Sed quia sic importu-
ne petijt/⁊ accepit quod deus noluit ⁊ illi
non profuit. Sic multi cum intrant in ec-
clesiam lingua alterius verba cantant/⁊ ani
mo de honoribus cogitant: sic per multos
dies. Deus aūt respicit ad cor/⁊ videt que
cor precatur: verba que lingua dicit alterius
verba sunt. Nisi verecundia illi esset/quod
corde tegit lingua caneret. Cum videt igit̄
deus sepius ea magis nos optare in corde
⁊ opere/iratus concedit quod contra volū-
tatem ipsius ⁊ contra salutem nostram est
atqꝫ tali modo dat quis commutationē ꝑ
anima sua: cū eligit terrena ⁊ negligit eter-
na. [Filius enim hominis venturus est in
gloria patris cum angelis suis]. Qr predi
xerat de se ⁊ de sequacibꝰ suis oppido aspe-
ra/nunc temperat ⁊ pro qua causa talia su-
stinere debeant ostendit: scilicet qa venturꝰ
sit/id est ipse filius hominis in gloria patrꝫ
ad iudicandum viuos ⁊ mortuos: qꝛ pater
omne iuditiū dedit filio. [Et tunc reddet
vnicuiqꝫ scd̄m opera sua]. Et tūc vos si for
titer ⁊ patienter sustinueritis/eternam remu
nerationem: ⁊ hi qui vos tribulant eterna
recipient tormenta. [Amen dico vobis/sūt.
Quidam de hic stantibus qui non gusta-
bunt mortem donec videant filiū hominis
venientem in regno suo]. Poterat apostolo
rū esse tacita cogitatio vt dicerēt/in fine mū
di ista erunt que nobis promittit: ⁊ tali mo
do deficerent a spe. Nunc proxima promit
tit videlicet quod aliqui non sint ex his mor
tem gustaturi: quam paruo tempore q̄si ꝑ-
libando gustabunt. Donec videant filium
hominis venientem in regno suo: hoc est in
regia claritate/qualis post iudiciū videndꝰ
est ab om̄ibꝰ electis. Nam in iudicio vide-
bit̄ in forma serui sicut dictum est quando
ascendit: sic veniet quemadmodū vidistis
eum euntem: vt videant eum ⁊ boni et mali
quem contempserunt/sicut scriptū est: vide
bit eū omnis oculus: ⁊ q̄ eū pupugerunt.
Videbunt autem eum iniusti terribilem/iu
sti mitem vna eademqꝫ forma. Vel regnū
eius presens ecclesia intelligitur/quam mul
ti viderunt fundatam in carne antequam
mortem gustassent/sicut Joannes q̄ ad sep
tem ecclesias scribit/vt esset eis consolatio
videre iam ex parte/in eum mōm crediturū
Rudes enim erant discipuli adhuc: ⁊ neces
sariū erat in presenti aliqua promittere/vn-
de in presenti roborarent̄/⁊ in futuro robu-
stius consolarentur. Vel de transfiguratio-
ne eiꝰ potest intelligi/in qua eum illi tres
viderūt quasi in regno suo. hoc est in regia
dignitate qua ad iudiciū videbitur.

¶ De transfiguratione domini.
Capitu.xxxvi.

Et post dies sex
assumpsit Jesus Petrū ꝛ ia
cobū ꝛ Joannē fratrē eius]。
Post dies sex/vicȝ postquaȝ
ista que supius audistis lo-
cutus est: ꝙ essent qui non essent gustaturi
mortem. Lucas dicit vere dies octo: sȝ Lu-
cas primū ꝛ vltimū comprehendit diem: isti
duo illos qui in medio fuerunt. Ut em̄ isti
tres alios confortarent tempore passionis ei
us/eliguntur a domino. Non enim illi alij
adhuc perfecti erāt vt possent ea videre. Nā
etiam isti ceciderunt ꝛ timuerunt valde. Se
cernuntur autem isti tres a ceteris certis ꝑ
causis. Petrus/quia futurus erat pastor ec
clesie ꝛ ad romanos mittendus/qui recto-
res orbis erant. Joannes quia altius erat
locuturus mūdo diuinitatē ei⁹/ꝛ apud gre
cos sapientiores omnibus gentibus erat
directurus. Jacobus quia ipse primus de
apostolis martyriū erat pro ipso subiturus.
ꝛ ob hoc vocati sunt filij tonitrui: quia ipsi
hanc vocē erant audituri de qua nūc dicit.
Typice ostendit q̄d multi vocati/pauci ele
cti. [Ducit illos in montem]. Jd est tha-
T bor in galilea: qui interpretatur veniens lu
men. Conueniēs interpretatio: quia ibi fre
quenter de vero lumine illuminati sunt: vt
etiam nunc. [Excelsum]. Pro valde celsum
sicut nostri alpes sunt in Burgundia: in q̄-
bus calor non multū potest nocere etiam in
estate/quando transfiguratio ista celebrata
est. [Seorsum]. Ab alijs discipulis. Est ei
aduerbiū separandi. [Et transfiguratus est
ante eos]. Transfiguratus in alia figura.
Nam substantiā non amisit/necȝ spiritalem
aut aerium corpus assumpsit/sed ipsam sub
stantiam gloriosam reddidit/sicut hic sequi
tur. [Et resplenduit facies eius sicut sol].
Jn ea forma apparuit apostolis/quam soli
oculi mundi sanctorum visuri sunt post iu-
dicium peractum. Quando dixit sicut sol
non potuit altius ascendere comparādo q̄d
homo oculis corporalib⁹ noscit. [Uestimen
ta aūt eius facta sūt alba sicut nix]. Jn hoc
possumus scire q̄d corp⁹ idē ipm fuit: quia
vestimenta eadē fuerunt. De quibus dicit
q̄ facta sunt alba sicut nix/vel sicut in alio
loco scriptum est/qualia nullus fullo potest
parare super terram. Apparet q̄ non substā
tiā amiserunt: sȝ claritate desup inducte sūt
Uestimenta christi/typice sancti eius sunt
de quib⁹ Paulus ait. Qui em̄ in cristo ba-
ptizati estis/christum induistis. Qui ful-
gent nūc in presenti/ sed in futuro clari⁹/ q̄
cum apparuerit similes ei erimus. [De q̄b⁹
dicit qualia fullo non potest parare sup ter-
ram]. Fullo ille/de quo psalmista/lauabis
me ꝛ super niuem dealbabor/quia non po-
test dare in sanctis quod dandū ꝑmisit in
celis. [Ecce apparuit Moyses ꝛ Helias].
Per Moysen ꝛ Heliam legislatorem et exi
mium prophetarū ostendit/q̄ ꝛ lex ab ipso
data est ꝛ ipm prefigurauit: ꝛ ꝓphete ipo in
spirante ꝓphetauerunt/ꝛ om̄ia q̄ de illo erāt
futura cecinerunt. Typice ꝑ Moysen sanc-
ti q̄ iaȝ gustata morte cū dn̄o regnabāt. Per
Heliā q̄ adhuc viuere dicit illi electi qui in
carne reperiendi sunt figurant: q̄m sic Pau
lus ait. Mortui qui in christo sunt resurgēt
primi/dein̄ q̄ viui inuenti fuerint/simul ra-
piuntur in nubib⁹ obuiā christo in aera et
sic sp cū dn̄o erimus. [Cum eo loquentes]
Scȝ excessum eius quē actur⁹ erat in Hie
rusalē prenūciātes. Origenes dicit Q̄d
Moyses cum tabulis que scriptaȝ legē ha-
buerunt apparuerit/ꝛ Helias cū curru ig-
neo aduenerit: ꝛ iñ apli eos cognouerunt. ꝛ
dignū erat vt in charitate cū dn̄o apparen-
tes/terribiles ꝛ preclari apparerent/q̄si dice-
rent. Non videat vobis duruȝ pati pro cri-
sto: q̄ ego ꝑ legem/ꝛ iste ꝑ ꝓphetiam ipso iu
bente sic prenuntiauimus futuꝝ. [Dn̄e bo
nū est nos hic esse/si vis faciamus hic tria
tabernacula]. Quia viderat ad punctū de-
lectabilia Petrus/volebat ibi semp immo-
rari ne ad terram descenderet/vbi pro certo
cognouerat eum crucifigēdū. Nesciebat q̄d

diceret/ꝛ fuerat oblitus sanctis promissum
a domino in celis regnum/non in terra: ne/
que posse quēquam mortali circumdatum
carne inmortalitate frui/nisi prius morte
gustata [Faciamus hic tria tabernacula]
Non sunt tria tabernacula facienda/ꝫ vnū
quia trinitas licet credenda/vnus tamen de
us in substantia: ꝛ vnum habet ouile crist⁹
quod est vna ecclesia catholica. [Adhuc eo
loquēte/ecce nubes lucida obūbrauit eos].
Quia Petrus tabernacula edificare vole/
bat/ostendit ei dominus ꝙ posset eundem
vmbraculū habere/ quem prebuit Moysi
cum populo suo per quadraginta annos.
Seu etiam vsitatissimū genus locutionis
dei per nubem ad electos suos: vt ad Job
ꝛ ad ipsum Moysen: quia per nubem desig
natur lene blādimentū. [Et ecce vox de nu/
be dicens]. Quia Petrus nihil rationis di
xerat/non mereꝛ responsionem: sed pater re
spondet pro filio: ꝛ docet ꝛ ipsos apostolos
ꝛ per illos reliquos/quia is sit filius eius
non adoptiu⁹/sed ꝓprius. Et illi soli figēdū
est tabernaculum/illi obtemperandum ꝛ ab
apostolis ꝛ a Moyse ꝛ ab Helia. [Hic est
filius meus dilectus in quo mihi compla/
cui/ipm̄ audite]. Et hoc retinendū ꝙ sicut
in baptismo trinitas/sic etiā in monte ostē/
sa est. [Et audientes discipuli ceciderunt in
faciem suam/ꝛ timuerunt valde]. Non est
mirū si discipuli timent valde/quia viderūt
dominū glorificatū supra humanam formā
ꝛ qꝛ dei patris audierunt vocem per subiec/
tam creaturam: ꝛ quia nubes tetigerāt eos
etiam tunc errasse se cognouerant. [Et acces
sit Jesus/ꝛ tetigit eos]. Usus humane con
ditionis est/cum aliquid super se viderit/ti/
more affici/sed iteꝝ per vocem ꝛ tactum re/
creari. Qđ ꝛ in Danihele legimus/ꝛ ī Hie
zechihele. Igitur/qꝛ pro superna voce ꝛ ac/
tione deiecti iacebant/ recreanꝛ a consueta
voce ꝛ tactu humano. [Nolite timere]. Ad
nr̄am instructionem ista omnia facta sunt: ꝛ
non ad defectionem. Electoꝝ est in faciem
cadere: ꝛ reproborum in dorsum/vt in passi
one de persecutoribꝰ domini. [Leuātes au
tem oculos suos neminem viderunt/nisi so
lum Jesum]. Cum patris vox cepit filium
commendare/serui discesserunt. Et cuꝫ sur
gunt non vident aliū nisi dominū/ne vox q̄
sonuerat ad aliū putareꝛ facta/nisi ad ipsū.
Typice: postquam cristus apparuit/non fu
it necessitas legis vmbra/vel vaticinatio ꝓ
phetalis. [Et descendentibꝰ illis de monte
precepit Jesus dicens. Nemini dixeritis vi
sionem]. Non vult vt predicentur q̄ in mō/
te viderant in populis/ne pro rei magnitu/
dine non crederetur: seu ꝓpter obprobrium
crucis scandalum generaret/ꝛ vile habereꝛ/
donec cum resurrectionis triumpho/ glo/
ria regnantis vna adnuntiareꝛ. [Et interro
gauerunt eum discipuli dicentes. Quid er
go scribe dicunt quod Heliam oportet pri
mū venire]. Requirendum nobis est/ vnde
questio orta fuerit inter discipulos domini
quia dominus dixerat supra ꝙ aliqui nō es
sent gustaturi mortem donec viderent filiū
hominis venientem in regno suo. Estimaue
runt ꝙ ipsa regni glorificatio statim fore de
beret: inde dixerunt. Quid est qđ scribe di
cunt ꝛ pharisei: quia Helias debeat prece/
dere tuum aduentū? Habebant eñ phari/
sei scđm Malachie scriptū ꝙ Helias prece
det domini aduentū: sed de scđo/non de p̄/
mo hoc debet intelligi. Viderant eñ Heli
am recessisse/ꝛ ideo turbabanꝛ. [At ille re/
spondens ait eis. Helias quidem veniens
restituet omnia]. Utiqꝫ que idem ꝓpheta p̄
dixit Malachias. Sicut audistis venit he
lias in secundo domini aduentu/iuxta cor/
poris fidem. [Dico aūt vobis ꝙ Helias iā
venit: videlicet in spiritu ꝛ actione Joānis:
ꝛ non cognouerunt eum]. Scilicet sctitatē
eius. [Sed fecerunt in eo quecunqꝫ volue
runt. Spreuerunt itaqꝫ ꝛ decollauerūt eum
sic ꝛ filius hominiꝫ passur⁹ est ab eis]. Que
riꝛ quare dicantur pharisei occidisse Joan/
nem/cum Herodes eum occiderit? Sꝫ ex
hoc quia non contradixerunt dicuntur cō/
sensisse. Perituro eñ qui potest subuenire
ꝛ non facit: occidit. Similiter herodes dici
tur dominum occidisse: quia cuꝫ potuit/no
luit liberare: sed consensit cum Pylato: ꝛ re
misit eum ad illum.

De lunatico Capi.xxxvij.



[Et cū venisset ad turbam accessit ad eum homo genib⁹ prouolut⁹.] Notande sunt semper domini actiones quibus nō cessat a salute hominū. In monte discipulis archana sue maiestatis reserauit: descendēs de eo exceptus est a turba. In monte sanauit dubias mentes apostolorum/in plano sanauit corpora et mentes turbaꝝ. [Dn̄e miserere mei filij: ꝗ lunaticus est]. Sic illi homines putabāt/ ꝙ ex lune defectione homo malū patereť/ sȝ nō erat. Sed dyabolus vt posset homines ledere in anima/obseruat tempus lune ꝛ corripiebat hominem vt infamareť creator per creaturam/ ꝛ blasphemaretur creator qui talem creaturam creasset/ ex qua homo mala pateretur. Hunc autem hominem Marc⁹ surdum ꝛ mutū fuisse narrat. Iuxta fidem hystorie/ita factū est: Alio vero intellectu significat eos de quib⁹ scriptum est. Stultus vt luna mutatur. Qd̄ dicit sepe cadit in ignem/subauditur auaritie: ꝗ quasi ardet auaritia dū crescunt pecunie: ꝗ amor nummi crescit/quantū ipsa pecunia crescit: siue per ignem iracundia exprimitur. Et crebro in aquam. In fluxu luxurie: que dissoluere mentem solet per delitias. [Et obtulit eū discipulis suis/ꝛ non potuerunt curare eum]. Frequenter precibus petentium resistunt opera pro quibus petunt: qn̄ is pro quo petunt a malo non conuertitur. Unde frequēter dominus dicit. Scd̄m fidem tuam fiat tibi. Quicunq; aūt demonio tradiť aut ꝑ suo aut pro parentū peccato tradiť: sicut in omnib⁹ locis euangeloꝝ inuenimus. [Respondit Iesus ꝛ ait. O generatio incredula ꝛ ꝑuersa/quousq; ero vobiscū/q̄usq; vos patiar]. Nō ideo hec loquiť quasi tedio affectus: aut in iram conuersus: de quo scriptū est: ꝙ sicut agn⁹ non aperuit os suū. Sȝ ꝗ ꝑ Salomonē diciť. Uerba sapientiū q̄si stimuli ꝛ quasi claui in altū defixi. Uolebat qd̄ dicerent/in mentib⁹ fixa remanerent. veluti si medicus ad egrotū diceret: quousq; accedam ad domū tuam/quousq; ꝑdā artis peritiam: Ego aliud iubeo/ꝛ aliud facis tu. Uel per illum arguit iudeos in infidelitate. Nam ꝗ irato animo hoc non dixerit/sequētia demonstrant. Sequiť. [Affer te illū ad me. Et increpauit illum Iesus]. Non hominem sed dyabolum increpauit/qui ausus fuit illum elidere presente creatore. Nam dicit euangelista: quia in ipsa hora conturbauit eum ꝛ elisit in terrā. Si aūt ꝛ hominē intelligimus increpatū/ostendiť ꝙ ꝓpter sua peccata a demonio dominabať. Qd̄ aūt in ip̄a hora amplius eum cruciabat/ob hoc faciebat vt expulsionis sue iram vindicaret/ seu vt odium ꝟtutis incuteret. [Et exiuit ab eo demoniū]. Alius euangelista dicit ꝙ precepit ei vt non amplius in eum introiret: ꝗ solet dyabolus voluntarie locum habitationis sue repetere: nisi is qui liberatus est se a peccatis custodiat. quod dominus ostendit de alio curato dicens. Cum immundus spiritus exierit ab homine. et reliqua. [Tūc accesserunt discipuli ad ihesū secreto et dixerunt. Quare nos non potuimus eijcere illum. Hic apparet ꝙ apostoli frequenter virtutes faciebant/ꝛ demones expellebāt: cum ꝺ isto solūmodo interrogant/ quare nō potuerint eijcere. [Dicit illis. Propter incredulitatem vestrā]. Hoc est qd̄ alibi eis dixit. Quecunq; petieritis in nomine meo credentes accipietis. quotiens non accipimus non prestantis est sed petentis. Siue vt Iacob⁹ ait. Postulȝ quis in fide nihil hesitās. seu incredulitas fuit: quia crediderunt per lune defectum affiligi hominez. [Amē amē dico vobis: si habueritis fidem vt granum synapis]. Non ideo fides grano synapis ꝯparatur ꝙ parua sita sed quia flagrans est ꝛ magna cum in opere parere ceperit. [Dicetis monti huic: transi inde: ꝛ transibit]. Mons hic/ipse dyabolus intelligitur: q̄a eiectus fuit tunc de ipso homine: ꝛ indē dicit monti huic. Unde ꝛ in apocalypsi dicitur. Dyabolus tanquam mons

magnus missus est in mare. Et in alio loco
Mons pestifer/q̄ corrumpit omnem terrā.
Requirūt aliq̄ qui ad lr̄am de monte terre-
no volunt intelligi/ si aliq̄s sanctorum ali-
quem montem de loco ad locum transtule-
rit. Sed tamen sciendū q̄d dominꝰ omni-
potens conuenientibus locis montes om-
nes instituit/ ⁊ non est necesse transferre a lo
co ad locum/ licet legamꝰ Gregoriū Nazan-
zenū hoc fecisse: ⁊ de Alexandro rege legimꝰ
q̄d ad conclusionem gentiū Goc ⁊ Magoc
que Gazares nunc vocaṫ/ gentes quondam
Hunoꝝ cū non posset eos bello delere ad
deū conuersus petierit ⁊ deus ad conclusio
nem eorum montem adauxerit/ ⁊ q̄d remā-
sit/ ipse cū populo suo conclusit/ ⁊ portas ere
as subter ip̄m montem posuerit. [Hoc aūt
genus nō eijcieṫ nisi ꝑ orationē ⁊ ieiuniū.]
V Oratio est non solū verbis/ sed etiam opa
iusta que pro nobis orant sicut apostolꝰ pre
cepit. Sine intermissiōe orate. Quomodo
sine intermissione orare possumus cum sine
somno ⁊ cybo viuere non possumꝰ? Sed si
ne intermissione orare est ea opera facere/ q̄
nobis dormientibꝫ pro nobis exorent/ quia
nihil prodest ab escis ventrez abstrahere/ ⁊
luxurie vel alijs vitijs indulgere. Per tales
orationes ⁊ ieiunia nouerimus vel immun
doꝝ spirituū/ vel hominē aduersantiū tem-
ptamenta esse superanda. Ira quoq̄ domi-
ni tali modo posse sedari/ ⁊ veniam peccato-
rū ꝓmereri. Hoc munere filij israhel Sa-
muele orante ⁊ ieiunante cum eis liberati st̄
a dominatione Philistinorū. Niniuite q̄q̄
de imminenti timore erecti sunt/ iudei cum
Hester ⁊ Mardocheo super Amman victo
riā obtinuerūt Machabei etiā hostibꝫ su-
is fortiores effecti sunt. [Conuersantibꝫ aūt
eis in galilea/ dixit illis Jesus. Filius homi
nis tradendus est in manꝰ hominū/ ⁊ occi-
dent eum/ ⁊ tertia die resurget]. Frequēter
dominus ista predicit: q̄ꝛ istud quasi nau-
fragiū debuit esse apostoloꝝ/ ⁊ quasi totam
spem amittere debuerunt: ⁊ quomodo non
credebant ea nec intelligebant predicit vt le
uius tollerarent si presciantur. Miscet tn̄ su
per aduersis prospera: id est morti resurrec-
tionem. Quod dicit in manus hominuz/
subaudiṫ peccatorum vel militum: quia cū
ipsis tradebatur: certum erat occidendum.
[Et ꝯtristati sunt vehementer.] pro dilectō
ne magistri contristabantur/ quē nolebant
quicquam aduersi pati: cum scirent illum iu
ste viuere.

¶ De statere dato.
Capi. xxxviij.

Et cū venissent
capharnaū]. Capharnauz
constat villam magnaz eē
ibi in galilea/ q̄ pro magni
tudine sua ciuitas aliquan
do vocaṫ. Ubi sedebāt ro
mani/ qui magistri erant in ipsa terra. [Cū
ergo illuc venisset dominus accesserunt qui
didragma accipiebant ad Petrum]. Nostꝫ
quia totus orbis factus est tributarius sub
Octauiano/ nisi aliqui qui excellenti amici
tia hoc meruerunt: vt romani dicerentur.
Pro hac professione Joseph cum Maria ve
nit in Bethleem profiteri nomisma: ⁊ cen-
sum de capitibꝫ suis. Pro reuerentia igitur
quam ipse habebat cum omnibus homini-
bus/ maxime apud romanos vt Centurio
ostendit/ non fuit ausus publicanus ille: il-
luz compellari de tributo. Sperabant vero
quod ipse ex natiuitate de Nazareth esset:
propterea postulabant iuniores Herodis
censum ab eo. Nā ipse de potestate erat Py
lati de Bethleē. Didragma/ duo dragma sṫ X
id est denarij sex. Nō negauit Petrus cen-
sum non esse solutū/ quamuis ad opus pa-
gani essent. [Et cum intrasset in domū pre-
uenit eū Jesus dicens]. Preuenit dictū pe
tri/ qui scit oīa antequā fiant ne discipuli
scandalizarentur audientes a magistro exi-
gere tributum. [Quid tibi videtur? Reges
terre a q̄bꝫ accipiūt tributū/ a filijs suis an
ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis]. Dn̄-
dit dn̄s nr̄ q̄a spōtanea voluntate censuz tri
bueret/ quia si nollet non daret quia ipse
secundum carnem ex progenie dauid erat: ⁊
scd̄m diuinitatē filius summi patris ⁊ con

ditoꝛ mundi. Attamen ad dandū exemplū
vt subditi sim⁹ potestatibꝫ sublimioꝛibꝫ/fe-
cit qḋ a nobis fieri voluit. [Uade ad mare
ꝛ mitte hamū] id est lacum genesar. Per
omnia miranda domini virt⁹ ꝙ ꝛ piscē no-
uerat habere in oꝛe staterem: ꝛ etiam qꝛ ipse
pꝛimus esset capiend⁹. Sed qui pꝛedixit
ipse ꝛ creauit/ꝛ piscem ꝛ aurū/qḋ in oꝛe ha
bebat. Neqꝫ enim putandum est alicui de-
cidisse in ipm lacū/vt de alteri⁹ damno se li
beraret dominus. Sed ꝛ hoc creatū est ip
sum aurū/ꝛ in oꝛe adhuc piscis habebat/nō
in ventre. Simpliciter ꝯsiderandū ꝙ tante
paupertatis fuerit/vt non habuerit qḋ pꝛo
se daret. ¶ Stater/duo didragma sunt
Alij homines de ere soluebant censum/solū
modo de capite suo quatuoꝛ denarios. Do
min⁹ autem vt ostenderet qꝛ pꝛeciosius su-
pꝛa ceteros homines haberet in coꝛpoꝛe suo
id est diuinitatem latentem/aurū pꝛo se de-
dit. Mystice piscis ipm significabat domi-
nū/coꝛpus videlicet dominicū qḋ de Ma-
ria sumpsit/q̄ aurū poꝛtabat in oꝛe scilicꝫ sa
pientiam de qua Salomon. Thesaur⁹ de-
siderabilis in oꝛe sapientis. Quod pꝛo illo
datū est/qꝛ vt haberet fratres adoptiuos/
per verbū euangelij sui factum est. Et non
solū aurū/sed etiam piscis occisus: qꝛ caro
eius pꝛo nobis moꝛtua est. Per Petrum/
omnis ei⁹ ecclesia q̄ eidem Petro commis-
sa est/pꝛo qua dominus sanguinem dedit.

¶ De exemplo pueri.
Capi. xxxix.

In illa hoꝛa acces-
serunt discipuli dicentes ad
Jesum. Quis putas maioꝛ
est in regno celoꝝ]: Qḋ di-
cit euangelista in illa hoꝛa vi-
delicet cū viderunt redditū tributū a Pe-
tro/simul cū domino: ꝛ quia viderant eum
ante separatum a ceteris in monte/ꝛ audie
rant ei dictum retro/tibi dabo claues regni
celoꝝ: ꝛ nunc viderant eum domino compa
ratū in datione tributi/ oꝛta est inter eos cō
tentio/q̇s eoꝝ videref esse maioꝛ/intantū vt
deū interrogarēt. Et dn̄s sicut pi⁹ magister
curauit animositatē eoꝝ humilitate placare
Quasi dicerent quem estimas meliorez in
regno celoꝝ faciendū. [Et aduocās paruu-
lū/statuit eū in medio eoꝝ]. Paruulū quen
dam de turba infantē etate. Qui nesciꝛ cō
cupiscere neqꝫ locū/neqꝫ auꝝ/neqꝫ īuidere/
neqꝫ mētiri. [Et dixit eis. Amen dico vobis
nisi conuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut par
uuli/non intrabitis regnū celoꝝ]. Nisi ꝑ me
am doctrinā ꝛ ex voluntate vr̄a fiatis tales
qualis iste est per etatem/vt nō concupisca-
mini rē alteri⁹/non odiatis aliquē/non que
ratis honoꝛem in isto seculo/nec mentiami
ni/neqꝫ decipiatis ꝓximos vr̄os/in vitā et-
nam non intrabitis. Dicit Oꝛigenes/ q̇a
qn̄ infans est q̇s/tunc est ver⁹ Adā/ꝛ talis
qualis deus Adam esse voluit/vsqꝫ quo in
ter hoīes initiatur/non curat nisi de victu et
de frigoꝛe/nō curat de delitijs/neqꝫ de ꝓcio-
sis vestimētis/nescit q̇d est aurū/ equaliter
diligit Petras ꝛ gēmas/amabili⁹ est ei ouū
quā auꝝ/nescit aliquē fallere/oīa bona aīo
facit/nihil in occulto. Hec est simplicitas co
lumbaꝝ/quā nos imitari ꝑ innocentiā debe
mus. Postquā ꝓo ceperit crescere infans/vi
delicet illos quos diligit amplecti auꝝ/deli
tias ꝛ reliq̄ mala: ꝛ tūc efficif nobis similis
Pōt ꝛ de ipso dn̄o accipi ꝙ de se dixerit/ q̄
talis erat ꝑ innocentiā. Sed tamen multo
retro habebat eis seipm̄ datū ad imitandū:
ꝛ ꝓpterea eū sequebanf/ vt imitarenf eum.
[Quicūqꝫ ergo humiliauerit se sicut ꝑuul⁹
iste/hic maioꝛ est in regno celoꝝ]. Ut quod
iste ꝑ naturā/ille sit per doctrinam: hic ma-
ioꝛ est in regno celoꝛum. [Et qui susceperit
vnum paruulum talem]. Subauditur qua
lem modo esse pꝛecepi/in nomīe meo. [Me
suscepit]. Pꝛo certo quicunqꝫ talis efficitur
pꝛo dei pꝛecepto/deus habitat in eo. videāt
autem qui suscipiuntur vt tales sint/quales
dominus pꝛecepit. Nam qui eos susceperit
licet illi indigni sint/si in nomine dn̄i eos
susceperint/talē mercedē a deo accipiēt/qua
lem acciperent si ipsi sancti essent: ꝛ si ta-

men ipsi publice mali non sint : q̃a in vesti-
mentis ouiũ christi veniunt ad eos : ⁊ pro
Christo eis impenditur quicquid datur.
Sic enim dicit ipse. [Me suscipit / qui in
nomine meo illũ suscipit. Qui autem scan-
dalizaueritvnum de pusillis istis qui in me
credunt: expedit ei vt suspendatur mola a-
sinaria in collo eius / ⁊ demergatᷣ in profun-
dũ maris]. Secundũ morem prouincie lo
quitᷣ: in qua hi qui maiora crimina commit
tebant / tali modo puniebantur: videlicet re
ligato saxo ingenti ad collũ eius demerge-
batᷣ in aquam. Mola asinaria / id est quaz
A asinꝰ apportabat. Qð dicit expedit : id est
conuenit. Siue melius est ei vt temporali
ter pereat / quam augendo peccata sua depu
tetur penis eternis. Ex hoc loco colligere
possumꝰ ꝙ omnes q̃ pro homicidijs ⁊ fur-
tis puniuntᷣ / si cognouerint peccatũ suum /
et easdem digne super se cognouerint veni-
re: ⁊ confiteantur peccata sua ⁊ deprecentᷣ
deũ vt pro istis penis fiat eis remissio pec-
catorũ: saluabuntᷣ in alia vita. Dicant si-
cut dixit latro. Nos q̃dem digne ita puni
mur : quia peccauimꝰ in deo et in christia-
nos. [Ve mundo ab scandalis]. Ve e-
rat mũdo : quia pacem habebant in malo
et nulla contradictio eis erat in adorandis
ydolis. [Necesse est enim vt veniãt scanda-
la]. Quia noluẽt pagani cognoscere deuz q̃
eos creauit / venient eis aduersitates et tũc
req̃rent deum q̃ eos adiuuet in aduersita-
tibꝰ: qꝛ hi quos coluẽt mortui / non possũt ad
iuuare eos. Sic fecit Constantinꝰ cum ha
bere debuit bellum cũ Maxentio: requisi-
uit quem deũ potuisset adiutorem : q̃a sui
opera manuũ erant. [Veruntamen ve ho-
mini per quem scandalum venit]. Quicq̃d
mali est in hoc mũdo per dyabolum est / et
suos ipsos q̃ voluntatem eius faciunt dya-
bolus flagellat: quia omnis dei castigatio
et in hoc seculo ⁊ in futuro per dyabolus fit
quia deus intemptator malorum est: sed im
missiones male per angelos malos fiunt.
Exemplum possumus capere de Nabucho
donosor: cui cũ preceptũ esset et populo eiꝰ
vt castigaret pp̄lm domini: q̃a crudeliter su-
per eos egerũt ipse ⁊ populus eiꝰ : postea
traditi sunt simili pene. Propterea debent
se custodire omnes homines ne sint aliqui
hꝰ scandalum. [Si autem manꝰ tua vel pes
tuꝰ scandalizat te / abscinde eum et proijce
abs te]. Per manũ vel pedem amici intel-
liguntᷣ: quorum ope atq̃ consilio cottidie in
digemus. Si tales nos in via dei obsist e-
re voluerint / relinquendi sũt / vt amor dei fir
mꝰ in corde custodiatᷣ: ne si cũ perditis in
hac vita partem habere voluerimꝰ / in futu-
ro pariter cũ ipsis pereamꝰ. ] Et si oculus
tuꝰ scandalizat te]. In oculo quoq̃ amici
carnales intelliguntᷣ: qui si scandalũ in via
dei nobis sunt / ⁊ ipsi relinq̃ndi sunt. Il-
le enim scandalizat fratrem / qui ei causa rui-
ne est in dicto vel in facto. ¶ Scanda
lũ q̃ppe grecũ nomen est: ⁊ potest latine di
ci offensio siue ruina. ] Videte ne contem-
natis vnũ ex his pusillis. [ Nũc superiꝰ om
nes affectus carnales abstulit per quos ob
errare possumꝰ a via dei: qꝛ meliꝰ est in pre
senti seculo tribulationem sustinere quam e-
ternam vitam perdere. Nunc quoq̃ preci-
pit vt omni continautu vnusquisq̃ caueat
scandalum inferre eis qui proptᷣ deum pau
peres ⁊ humiles esse in hoc seculo delegerẽt.
[Dico enim vobis ꝙ angeli eorum in celis
sẽper vident faciẽ patris mei.] Ex hoc loco
et ex alijs inuenimus ꝙ vnus quisq̃ homo
duos angelos habꝫ sibi deputatos a die ex
tus vsq̃ ad diem mortis sue: bonum et ma-
lum. Legimus enim in Apocalypsi angelo
ephesi / et reliquis. scribe hec vel illa. Et apo
stolus precipit velari capita mulieribꝰ in ec-
clesijs propter angelos. Idcirco studenduz
est vnicuiq̃ ne iniuste alicui malum inferat
quia et deum aduersum se irritat: et ange-
los bonos / suum ⁊ illius contristet. [Venit
enim filius hominis saluare qð perierat].
Verũ est hoc: quia deus omnipotens om-
nes homines vult saluos fieri : ⁊ vt pacem
inter se haberent predicauit.

De parabola ouium.



Quid vobis videtur/si fuerint alicui cẽtũ oues]. Deus omnipotẽs centũ habuit oues/q̃ perfectum decem ordinum angelorum numerum: ꝛ hominem ad laudationem suam creauit. Per centenariũ em̃ numerum perfectio designatur. Una ouis aberrauit cum homo in Paradyso peccauit. Reliquit nouem ordines angelorum non mutando locũ: sed seipm̃ monstrando ĩcarnatum. [In montibꝫ hoc est in celestibꝫ] Uenit querere hominẽ qui peccando a deo recesserat/non corpore sed actione. [Cõtigit vt inueniret]. Qꝛ inuenit gentilem populum: qui voluntarie emendauit qđ deliq̃rat [Amen dico vobis ꝙ gaudium est super eã magis/quam supra nonaginta nouem q̃ nõ errauerunt]. Magis gaudium sit in celo de conuersis peccatoribꝫ/quã de stantibus iustis. Quia reparato homine ꝛ ascenso domino in celis gaudium impletũ est angelorum: ꝛ is q̃ reparauit/sup̱ angelos eleuatus est/Deꝰ archangeloꝝ. Siue qꝛ sunt iusti/q̃ ita semetipsos in conspectu dei cottidie affligunt/quasi op̱a egerint impioꝝ: tales et

C peccatores pñt appellari. De talibꝫ cottidie gaudiũ fit in celo. [Sic nõ est volũtas añ p̃rem vr̃m/vt pereat vnũ de pusillis istꝫ]. ꝙ deꝰ om̃ipotẽs noluerit hominẽ p̱dere/redemtio ꝛ amara mors quam pro nobis sustinuit indicauit.

De remittendo fratre.
Capitulum. li.



Si autem peccauerit in te frater tuꝰ]. Sup̱ius docuit: nõ contemnẽdos humiles q̃ christiãi nobiscũ adhuc p̱seuerãt: vt si in nobis peccauerit/nõ p̱pterea alienemꝰ nos ab ip̃is vsq; quo sciamus si possumꝰ conuerti ꝛ emendare de violatione charitatis. Nam in alio euangelista dicit. Si peccauerit in te frater tuꝰ/increpa illum: ꝛ si penitentiã egerit dimitte illi. Attendere aũt debemꝰ ꝙ dicit in te: quia aliđ est peccare in nobis: aliđ in deũ. Si in nobꝫ peccauerit aliquis: habemꝰ potestatẽ dimittere ei. Si aũt in deũ peccauerit aliq̃s/scđꝫ qđ definitũ est ab antiquis in canõibꝫ emẽdandũ est. sicut in libro regum dicitur. Si p̃cauerit vir in virũ/placare ei potest deus. Si aũt in deũ peccauerit vir/quis orabit p̱ eo? [Uade ꝛ corripe eum inter te ꝛ ipsũ solũ]. Solus cum solo debet corripi: ne si pudorem amiserit/peior fiat. [Si te audierit. Lucratus eris frẽm tuũ]. Qꝛ qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue/saluabit animã eius a morte: ꝛ operit multitudinẽ peccaroꝝ suoꝝ. [Si autem non te audierit adhibe tecũ adhuc vnũ aut duos]. Adhibẽtur duo vel tres/vel corrigendi studio/vl' cõueniendi sub testibꝫ. [Si autem illos non audierit: dic ecclesie]. Ut qui noluit conuerti cum pudore/conuertatur multoꝝ imp̱ꝑationibꝫ. [Si autem ecclesiam non audierit/sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanꝰ]. Ethnicus grece: latine gentilis dicitur. Publicanus quoq; est/qui exigit publica lucra p̱ negotiationes/ac per furta/ꝛ p̱ periuria: qui publice rei deseruit. Qui em̃ cristianus est ꝛ fraternam pacẽ impugnat: vel publice cristiano scandalũ est: peior est quã pagañ: q̃ nec dũ suscepit cristianitatem. [Amẽ dico vobis/q̃cũq; alligaueritis sup̱ terrã/erũt ligata ꝛ in celis: ꝛ qđcũq; solueritis sup̱ terrã erũt soluta ꝛ ĩ celo]. Qꝛ dixerat/sit tibi ethnicꝰ ꝛ publicanꝰ/ne illi vile hoc ducerẽt q̃ scandalum inferioribꝫ faciunt: ostẽdit ꝙ is qui in malo perseuerat sub ecclesia anathematizatur. Eorum sententiam diuina pietas sequitur/si regulariter ꝛ secundum p̱rimi dilectionem hoc faciunt. [Iterum dico vobis. Quod si duo ex vobis consenserĩt super terram: de omni re quamcunq; petierint fiet vobis]. Si ita petierint vt alio loco dixit: hoc est ĩ nomine Jhesu/ad salutẽ anime pertinens. Habemus hoc ad exemplũ de btĩs Petro ꝛ Paulo: q̃ petierũt de Symõe q̃ aliis laq̃us morꝫ erat: ꝛ acceperũt vt caderet et periret: ne aliis scandalum esset. [Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo: ibi sum in medio eorum]. Jose

phus dicit de ſecta iudeorum/ quos tamen
ieſſeos nominat: ꝙ quicquid centū in ſimul
congregati inſtituiſſent/ pro lege hēbatur.
Dominus autem de tribꝰ dicit fidelibꝰ ſu/
is: ꝙ quicquid faciant in nomine ipſius: ip
ſe faciat. Pro qua re conſtitutū eſt/ vt epiſco
pus nō ordinetur minus quā a tribꝰ. [Tūc
accedens ad eum dixit]. Quia ſupra iuſſe/
rat petro ⁊ om̄ibꝰ ſuis ſequacibꝰ/ vt peccan/
tes in ſe dimitterent ⁊ caſtigarent. Interro/
gat Petrus/ quotiens hoc facere debeat: ſi
vel vſqꝫ ſepties. Sacratus ⁊ vſitatus nu/
merus erat apud eos ſeptimus numerus
ꝓpter ſabbatum. [Non dico tibi ſepties: ſed
vſqꝫ ſeptuagies ſepties]. Siue computes
ſeptem per ſeptuaginta: ſiue ſeptuaginta ꝑ
ſeptem/ ad vnū ꝑuenit: id eſt quadringētos
nonagita. [Quantis nullus erga aliū po
teſt peccare]. Id eſt quamdiu petit: dimit/
tamus illi. Et in omni numero ita eſt ratio
fixa: vt ſiue minorem per maiorem tranſea/
mus: ſiue per maiorem minorem ducamus
ad vnum ſenſum reuertantur. Conſuetudo
erat in ipſa terra ad omnes ſermones para/
bolas iungere: ⁊ ideo dominus ſemꝑ cū ꝑa
bolis loquebatur. [Ideo aſſimilatū eſt reg
nū celoruꝫ]. Ideo: id eſt vt dimittamꝰ in no
bis peccantibꝰ/ ⁊ veniā nobis petētibꝰ. Sē
per regnum celoꝝ/ hi q̄ ſunt in regno celorū
in eccleſia criſti in qua ipe regnat intelligūt.
[Domini regi]. Deo oīpotēti. [Qui volu
it rōnem ponere cū ſeruis.] Qui ſunt in ec
cleſia criſtiani. Cottidie iſte rationes ponū
tur in eccleſia quando petimus a deo vt di/
mittat debita noſtra. ⁊ ille hꝫ nobiſcū pactū
factum: vt dimittamus debitoribꝰ nr̄is/ tūc
nobis dimittet debita nr̄a. Nos autem ſu/
mus illi debitores decem milium talentorū
grauiora peccata que vnuſquiſqꝫ in ſe recog
noſcit: quia nullus poteſt narrare in quan/
tis omni die peccamus erga deum in cogi/
tationibꝰ in locutionibꝰ ocioſis/ noxijs/ mor/
tiferis: ſcilicet detractionibꝰ: operibꝰ ſimilit̄
ocioſis/ nociuis mortiferis per omnia men/
bra noſtra. Per aures audiēdo ocioſa/ noci
ua/ mortifera: per oculos/ ꝑ nares/ ꝑ pedes/ ꝑ
manus/ ⁊ per oēs affectꝰ corporis. [Cū au
tē non hr̄et vnde redderet: iuſſit eum domi
nus venundari/ ⁊ vxoreꝫ eius ⁊ filios/ ⁊ om
nia que hēbat ⁊ reddi]. Iubebat lex vt qui
ad ſoluenda multa eſſet inops: eſſet ſeruus
eorum quibꝰ erat condemnatus/ vſqꝫ quo ſe
redimi poſſꝫ. Herodes aūt addiderat vt ve
nundaret̄ cui vellet: ⁊ tali modo agebat̄ in
ipſa terra. Inde hoc dominus dicit. Quia
ſi dominus iuxta opera noſtra condemna/
re nos voluerit/ nullus poteſt eſſe mundus
in conſpectu eius. Iubet nos dominus ve
nundari/ ⁊ vxorem ⁊ filios: cum propter co/
gitationes/ locutiones/ oꝑationes iubet nos
tradi eternis cruciatibus. cum infirmamur
⁊ audimus per verba ſuoꝝ. qui bona fecerīt
ibunt in vitam eternam: ⁊ qui mala in ignē
eternum. Cum iſta audimus timemꝰ/ ⁊ ora
mus nobis dimitti: ⁊ dominus dimittit no
bis ſi a malo ceſſamus: ⁊ iterum conualeſci
mus. Sequitur. [Egreſſus autem ſeruꝰ ille
inuenit vnum de conſeruis ſuis]. Id ē ali/
quem ſimiliter criſtianum debitorem ſibi cē
tum denarijs/ id eſt centum generibus offē
ſionum ⁊ ſcandalorum. Nam cenſum quod
aliquis alicui iuſte debet/ non eſt peccatum
repetere. Sed ſi vides ꝙ non poſſit ſoluere
propter paupertatem/ debet erga illum age
re vt ipſe vellet agi circa ſe: aut expectare vſ
qꝫ quo melius poſſit ſoluere. [Et tenens ſuf
focabat eum dicens. Redde quod debes].
Quia cum aliqui fortiores ſunt aliquibus
ſi aliquid offenderint minores/ abſqꝫ miſeri
cordia graſſantur ſuper eos: quia vident ſe
aliquid maius poſſe. Et non ſolum ſuffocāt
eos/ ſed etiam occidunt/ aut adnihilant eos
non recogitātes/ ꝙ ex dono dei poſſunt qđ
poſſunt. Et ideo irremediabiliter cruciabū
tur in alia vita/ quia ita agunt: niſi hic dig/
ne penituerint ⁊ emendauerint quod egerīt.
[Videntes auteꝫ conſerui eius que fiebant
contriſtati ſunt valde]. Vel angeli domini
qui opera noſtra deo nuntiant: vel ſacerdo/
tes quos habemus inter nos ⁊ deum. Cū
nolumus auſcultare illos vt dimittamus q̄
in nobis peccauerunt/ non reſoluunt pecca
ta noſtra/ nec orant pro nobis. Quia ſi q̄s
in diſcordia moritur/ nullus criſtianus ꝑ eo

debet orare: neqꝫ commemorationem ꝓ eo ad altare domini facere. [Tunc vocauit illū dominus suus/⁊ ait illi]. Precipit egredi illum e corpore/⁊ venit ante tribunal christi: ⁊ quia noluit misereri conseruis suis/traditur demonibꝰ tortoribꝰ quousqꝫ soluat omnia peccata que commisit coram deo. [Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis]. Confirmat sententiam suam: ⁊ omnem simulationem ficte pacis auertit dicens. [Si non remiseritis de cordibꝰ vr̃is]. Quia nihil prodest ore dimittere/si in corde cum odio habeamus: idcirco dicit/de cordibꝰ vestris.

¶ De vxore non dimittenda.
Capitulum. xix.

Et factum ē cū consummasset Jesus sermones istos]. Notandum quod ꝟbum consummatōnis in ꝑfectorum ope semꝑ ponit̄. [Migrat dominus de galilea in iudeā]. Quamuis illa omnis palestina ꝓuincia gn̄aliter iudea diceret̄/ad differentiam aliaꝝ regionū (eo qđ iudei eā ī colerent) spetialiter tamen inter eos illa ꝑs iudea vocabat̄/vbi hierusalē cōstructa erat. Venit igit̄ de capharnaū in iudeā: ⁊ turbe q̄ pauperes erant sequebant̄ eū ꝓpter doctrinā ⁊ curationem]. Potētes aūt de iudea ⁊ q̄ sapientiores seipsos putabant/sequebātur ob reprehensionem: quia in facto ⁊ ī dictis querebant quomodo aut scđm legē eū adiudicarent morti: aut scđm terrenā potestatem prepararēt inimicos populos/vl' romanos/vt per ipsos occideretur. [Si licet homini dimittere vxorem suam quacunqꝫ ex causa]. Audierunt eū predicare castitatē ⁊ pudicitiā/⁊ viderunt eū virginem viuere: ⁊ inde dixerūt intra se. Ecce aliter viuit quā nos: in hoc possumꝰ eū ꝯprehendere. Interrogemꝰ istā questionē: si dixerit dimittēdā mulierem/contraria suis dictis ⁊ factis loq̄tur: etiā ⁊ mulieres odient eū. Si aūt dixerit non dimittendam nos comprehendimꝰ eū/quia contraria Moysi locutꝰ est. Sed dn̄s sicut fons sapientie semꝑ transiebat eorū laqueos irreprehensibiliter. [Respōdēs ait eis. Nō legistis ꝙ qui fecit ab initio masculum ⁊ feminam fecit eos]. De ipso dn̄o de quo putabant intendere ei calumniam/ostendit ⁊ affirmat suam doctrinā: quasi diceret. Ipse deus qui per Moysen legē nobis dedit: ipse narrante eodem Moyse/ nō fecit cū vno masculo nisi vnam feminā. Nō duas: vt cum vnam eiecisset/aliam sortiret̄. [Et etiam deus ꝑ Adam ꝓphetauit: ꝙ relinquet homo patrem ⁊ matrem suā/⁊ adherebit vxori sue]. Et hic non dixit vxoribꝰ/quasi de pluribꝰ: sed de vna. [Et erūt duo]. Nō dicit tres. [in carne vna]. Non est deus vt hō vt necessariū sit ei immutare sentētiā suam: qꝛ semel loquit̄ deꝰ/⁊ scđo idipm nō repetit. Jdcirco non potest aliter tunc constituisse: ⁊ per Moysen aliter precepisse. [Qđ deus coniunxit/homo non separet. Si vna caro est effecta per amorem: vel etiā in filijs quomodo potest separari]. Qđ deus coniunxit ꝑ amorem: q̄ permisit dominare ī cordibus hominū amorē: homo non debet separare. [Dicūt illi. Quid ergo: Moyses mandauit dari libellū repudij/⁊ dimittere] Ecce laq̄us quē occultabāt dicētes. Quid erit de hoc: ꝙ Moyses precepit mulieribus dare chartam separationis: Foderunt foueam: sed ipsi incident in eam: sicut semper [Ecce neqꝫ deus mendax neqꝫ Moyses malus/sed vos duricordes ⁊ desides/⁊ ꝑ vr̃a duritia non iussit: sed concessit vobis Moyses. Qui si non concessisset: vos occideretis priores vxores: vt possetis iuniores ac pulchriores/aut ditiores accipere. Ab initio autem nō fuit sic]. Legimꝰ ꝙ Noe ⁊ filij eius singulas vxores in arca habuerunt nō amplíꝰ. Et qꝛ cū Abraham sterilem vxorē sarā habuerit/non dimisit illam: ⁊ nullus de patriarchis suā vxorē dimisit/nisi in morte. [Dico aūt vobis: ꝙ quicunqꝫ dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationē/⁊ aliā duxerit/mechatur]. Ex hoc loco Paulus accepit qđ dixit/ ꝙ mulier sui corporis potestatem nō hꝫ/sed vir. Sil'r ⁊ vir sui corporis potestatem non hꝫ/sed mulier. Hoc est non pn̄t se separare nisi ambo communi cōsilio volu

erint.[Et qui dimissaȝ duxerit/ mechat].
D In trib⁹ est adulteriū. In illo q̃ dimittit/ q̃
causa est fornicationis vxoris: in vxore que
se non continet/ ꝛ si non potest continere ad
priorem debet reuerti: ꝛ in illo qui viuente
alio eius vxorem sortitur. Propterea qui se-
culum gestiunt relinquere: debent expecta-
rant/intrauerant cũ eo ad nuptias]. Illi ꝙ
habuerũt ꝑfecta opera/recepti sunt: vt sint
cũ deo ⁊ angelis suis: hoc est in illa celesti
beatitudine. [Et clausa est ianua]. Aditus
mīsc̄die interclusus. Nõ eñ post iuditiũ pꝫ
p̃cũ aut meritoꝝ locus. Tũc erit clausa ia/
nua oĩbꝯ malis exclusis/que modo cotti/
die oĩbꝯ ex corde penitentibꝯ aperit̃. Qð
silr̃ btũs Beda in quodã rithmi v̾siculo in/
gemiscit dicens. Nulla erit suspitio salutis
vel remedij/ianua clausa thalami complet̃
sponsi nuptijs. [Nouissime veniũt ⁊ relique
v̾gines dicẽtes. Dñe dñe/aperi nob̃] Fru
stra tũc clamabũt ꝙ illũ hic clamantẽ ꝑ sua
euangelia ⁊ suos predicatores audire nolu
erũt. Ingeminãt dñe dñe/sed frustra: qꝛ pe
nitẽtie tẽpus nũc erit: qꝛ pnĩa dicit̃ q̃si pu/
niẽtia. Puniẽdi tẽpꝯ erit/sed spes venie iã vl
tra nõ erit: qꝛ nequaquã tũc veniã inueniet
ꝙ mõ nõ vult pnĩam agere: vt Dauid dicit
Qm̃ non est in morte ꝙ memor sit tui. Ma
gna erit seueritas post iuditiũ/qꝛ añ iuditiũ
ineffabilẽ mīsc̄diam p̃rogauit. [At ille respõ
dens ait. Amẽ dico vobis/nescio vos]. Ne
scio vos/subaudit̃ ꝑ opationẽ meos fuisse
Nescire eñ dei/reprobare est. Ve supbis:
ꝙbꝯ deꝯ ista dicturꝯ est. [Vigilate itaqꝫ: q̃a
nescitis diẽ neqꝫ horã]. Qꝛ multotiẽs ipe
ꝑ se clamauit in hoc seculo vigilate/⁊ au/
dire dedignati sunt: clamabunt tũc mltipli/
citer ⁊ nõ exaudient̃. De ꝙ ve p̃fatꝯ Beda
in iam dicto rithmo ꝓsequit̃ dicẽs. O quã
infelix anĩa ꝑuata hoc ꝯuiuio: que vltra in
memoriã nõ reuertet̃ dñi. Sꝑ eñ debemꝯ
vltimũ diẽ metuere/quẽ nũquã possumꝯ p̃/
uidere. Quẽ Dauid metuẽs dicebat. No
tũ fac mihi dñe finẽ meũ/⁊ numeꝝ dierum
meoꝝ/vt sciã q̃d desit mihi. Qꝛ si q̃s iter ꝑ
gere dꝫ/vult accipere vie sumptꝯ sufficient̃
Vt sciã q̃d desit mihi. Timebat ne extin/
gueret̃ lampas eiꝯ: idcirco dicebat/vt sciam
q̃d desit mihi. Preparemꝯ incessanter sum
ptus in via/ne in illa die excludamur clau/
sa ianua. [Sicut homo qui peregre ꝓficis/
cens]. Qꝛ dñs cito erat transiturꝯ de secu/
lo corporaliter. Et discipuli de die iuditij in
terrogauerũt: ipe aũt noluerat certũ tẽpus
ostendere. Quantũ timenda ⁊ p̃cauenda
esset ipsa dies multis parabolis p̃posit̃ ostẽ
dit. Dixit superius de vigilanti ⁊ prudẽti
seruo: atqꝫ de negligenti. Iteꝝ gñaliter de
oĩ ecclesia sua/que deũ se adorare ꝓfitetur
sub specie decẽ virginũ. Nũc iteꝝ principa
liter de apoſl̃is ⁊ doctoribꝯ: ⁊ cũ illis de om
nibꝯ hominibꝯ. Hõ iste/dñs nr̃ Ihesus cri
stus: ꝙ ꝓ nobis sua gratuita pietate hõ fie/
ri dignatus est cũ deus esset. [Peregre pro
ficiscens]. Peregre/id est longe: venit a no/ K
mine qð est pereger: inde ⁊ peregrinus/id ẽ
ꝑgens longius. Proficiscens a v̾bo ꝓficis
cor deponens v̾bũ/venit participiũ. Ipse
dñs christus ꝑegre ꝓfectus est qñ in celum
ascendit: qꝛ lꝫ in celo diuinitas fuerit/tñ hõ
ille quẽ de sancta Maria assumpsit in celo
antea non fuit. [Vocauit seruos suos] apo
stolos/ad quos hec loq̃bat̃: tradidit ill̃ doc
trinam euangelicam. [Et vni dedit quinqꝫ
talenta: alij aũt duo: alij v̾o vnũ]. Nã oĩs
apostoli equaliter docti recesserũt a dñ̃o: sꝫ
alij plus/alij minus. Minus enim erat sa/
piens Thomas ꝙ dixit. Dñe: nescimus q̃
vadis/quã Petrus. Item minus phylippꝯ
cui dictũ est: tanto tp̃e vobiscũ sum ⁊ nõ co
gnouistis me phylippe/quã Ioannes ꝙ dix
it. In principio erat verbũ. Ideo in quinqꝫ
talentis diuersas gratias intelligere debe/
mus: vel in quinqꝫ talentis donũ quiqꝫ sen
suũ. i. exterioꝝ scĩa exprimit̃: vicꝫ visus: au
ditus: gustus: odoratus: ⁊ tactus. Qꝛ sat̃
abũdeqꝫ honorat̃/ꝙ in his quinqꝫ sensibus
vigere ꝑmittit̃. In duobꝯ talentis/intellec/
tus ⁊ opatio designat̃. In vno talẽto: intel

lectus ⁊ operatio designat. In vno talento
intellect⁹ tantūmō designat. Credim⁹ tñ: q
apl'i electi ⁊ quinqꝫ ⁊ duo talenta habuerint
⁊ adhuc in eccl'ia christi mlti hñt silr. [Uni
cuiqꝫ scdm ꝓpriā virtutē]. Non ꝓ largitate
aut parcitate/alteri plus ⁊ alteri minus tri-
buens: sed pro accipientiū viribꝫ. Q et in
heremo quāuis septuaginta duo seniores
eodē spū fuerint repleti quo ⁊ Moyses: nō
tñ sic ꝓfuse vt Moyses. [Et profectus ē sta
tiꝫ.] Q tamdiu cōuersatus est cū discipu-
lis quousqꝫ vidit eos non indigere p̄sentia
corporalis instructionis/⁊ post recessit ab
eis corporaliter, quos tñ spiritaliter nūquā
deseruit. [Abijt aūt qui quinqꝫ talenta acce
perat/⁊ operatus est in eis/⁊ lucratus ē alia
quinqꝫ. Similiter ⁊ qui duo acceperat: lu
cratus est alia duo] De apostolis nō dubi-
tandū: q talenta que a deo acceperunt/iux-
ta dei voluntatē duplicauerint. Uñ ⁊ seqx
eorū Paulus/hñs ⁊ quinqꝫ ⁊ duo talenta/
dicebat. Ue mihi est: si non euangelizauero
K q dispensatio mihi credita est. Item de ex-
teriorib⁊ talentis. Ad ea que mihi op⁹ erant
⁊ his qui mecū sunt/ministrauerunt man⁹
iste. Et item. Omnia ostendi vobis: q sic o-
portet laborare/⁊ suscipere infirmos. Ille ex
teriora talenta duplicat/q̄ de terrenis offi-
cijs vitā eternā sibi comparat. De vnoquo
qꝫ hoīe ista intelligere possumus/maxīe tñ
de his q̄ locū aploꝝ in eccl'ia tenēt/p̄dicato
rib⁊ vicꝫ diuini v̄bi. Pōt q̄qꝫ in duob⁊ talē
tis: intellect⁹ ⁊ charitas intelligi: q opatio
in hoīs arbitrio est dimissa. Si em̄ opera-
tionē ibi intellexerimus/poterit surripi vt
dicat quis: ideo nō posse operari bonū/q̄a
nō acceperit talentū operationis. Scimus
aūt q deus hoiem in libero arbitrio habꝫ di
missum/vtrū velit facere mandata dei/an nō
[Qui aūt vnū acceperat/abiens fodit ī ter-
ram/⁊ abscondit pecuniā dñi sui]. Pecuni
am in terra abscondere/est acceptū ingeniū
in terrenis actib⁊ implicare. Lucrū spiritale
nō q̄rere: cor a terrenis desiderijs nūquā le
uare. Unū talentū iudas intelligentie acce-
pit: q similiter erudit⁹ fuit a dño vt ceteri:
sed in terreno auaritie lucro cūcta cōuertit/
q̄ loculos magistri hñs que potuit furatus
est/quousqꝫ ⁊ dñꝫ vendidit. Uideat se vnus
quisqꝫ: q nullus est q̄ oēs sensus corporis
sanos habeat; qui possit queri non accepisse
aut accipere potuisse talentū. Potuit em̄ q
sanitate vigebat discere qua viueret: et sibi
⁊ alijs prodesse. Nam nullus se poterit ex-
cusare de ignorantia/q non licet ignorare:
q repleta est terra dñi scia: imo de pigritia
condemnabit: ⁊ deiectione talenti. Ali⁹ euā
gelista dt: qd talētū in sudario ligauerit. Il
le doctrinā p̄risfamilie in sudario ligat/q̄ do
nū intelligentie in luxurijs/aut cōmessatiōi
b⁊/aut ebrietatib⁊/vel alijs huius seculi vo-
luptatib⁊ conuertit. [Post multū vero tem-
poris venit dñs seruoꝝ illoꝝ/⁊ posuit ratio
nem cum eis]. Fīnalis examinatio omnium
hoīm opeꝝ in die iuditij erit. Sed ⁊ cotti-
die agitur: dum electi ⁊ reprobi de hoc secu
lo rapiunt. [Et accedens qui quinqꝫ talēta
acceperat obtulit alia quinqꝫ talēta dicēs].
Non v̄bis dicent/sed opa ꝑfecta monstra-
bunt: q in illa die vniuscuiusqꝫ opus mani
festū erit. Etiā in hoc seculo hoc fit/cū quis
quinqꝫ sensus corporis in bono opere im-
plicat/⁊ alios suo exemplo instruit ⁊ de⁹ eā
intentionē rectā ꝓspicit. Largit⁹ ei sciam eti
am ampliorē: quā ei qui naturali īgenio pol
lebat. [Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊
fidelis]. Euge/grecū nomē est: ⁊ dicit lati- L
ne bene: subaudit/gaude bone serue. Ser-
uus/non sꝑ cōditione dicit timoris/sed etiā
dilectionis. De illo alio loco dñs dt. Iam
non dicā vos seruos. De isto ⁊ hic/serue bo
ne. Et in alio loco. Dicite/serui inutiles su
mus: qd debuim⁹ facere fecimus. De isto
ergo qd ad dilectionem ꝑtinet dicit suo/nō
timoris sed amoris deo placendi. [Fidelis]
Q dei dona ⁊ custodiuit in se: ⁊ in alijs
ampliauit. [Suꝑ pauca fuisti fidelis]. Su
per pauca/suꝑ terrena: q quamlibet in hoc
seculo terrene res celestib⁊ cōparate/pauca ⁊
vilia sunt. [Intra in gaudiū domini tui].
Suscipe que oculus non vidit: nec auris
audiuit: nec in cor hominis ascendit. [Ac-
cessit autem ⁊ qui duo talenta acceperat].
Si hic operationem pro talentis accipim⁹


dicent multi. Non accepi a domino talentū
vt possim operari que intelligo: ⁊ propterea
non possum perficere opera dei. Sed scimꝰ
quia omnes homines liberum habemus ar
bitrium vt operemur aut opera dei aut ope
ra dyaboli. Propterea melius est intelligere
intellectum atqꝫ charitatem. [Ait illi domi⸗
nus eiꝰ. Euge serue bone.] Vterqꝫ seruus
simile gaudium recepit: ⁊ qui de quinqꝫ de
cem ⁊ qui de duobus quatuor fecit / non cō
siderans lucri magnitudinem / sed studij
voluntatem: quia deus intentionem in vno
quoqꝫ homine considerat: vt dixit ipe de vi
dua que duo minuta in gazophylatium mi⸗
sit: inquit. Dico vobis: quia vidua plꝰ om
nibꝫ diuitibꝫ misit. Quid autem maius da
ri potest fideli seruo / quam esse cum deo / et
videre gaudium domini sui. [Accedens au⸗
tem ⁊ qui vnum talentū acceperat / ait. Do
mine / scio qꝛ homo durus es: metis vbi nō
seminasti et congregas vbi non sparsisti].
Per seruum istum / omnes mali intelligun⸗
tur. Siue singulariter vnusquisque ma⸗
lus: quia nullus prope potest inueniri qui
non a deo acceperit talentum: qm̄ vnicuiqꝫ
res de qua viuit / ꝓ talenti acceptione depu
tabitur. Etiam ⁊ qui locum apud diuitem
obtinet / si non intercedit pro pauperibus / ꝓ
talenti retentione reputabitur. [Homo du⸗
rus es]. Iustitiam dei multi seculares du⸗
ritiam putant. Sed sicut veritas naturalr̄
est / sic etiam iustus ⁊ iustitia naturaliter: et
iniuste non pōt agere qui essentialiter bonꝰ
est. [Metis vbi non seminasti]. Quia etiā
in gentilium populo quicunqꝫ bona studu⸗
it operari / deo accepta fuerunt eorum opera
vt in Magis / quibus non fuerat predicatū
ac reliquis quoꝝ actus non habemus con
scriptos. [Et colligis vbi non sparsisti]. scꝫ
predicationis verbū. Vnde datur intelligi /
Qꝛ q̄ bene operati sunt inter gentes / nō ha
bebunt in tartaro tam dira tormēta vt illi q̄
vt nequius potuerūt oꝑati sunt. Seu alio
sensu. Qꝛ nō solum illos punis qui cogno
uerunt quid debuissent facere / sed ⁊ illos q̄
te ignorauerūt / ⁊ q̄ te non audierunt. [Et ti⸗
mens abij / ⁊ abscondi talentū in terrā]. Ac⸗
si dicat. Cū ꝯsideraui qꝛ ⁊ illos punis ꝑ ig
norantiā / ⁊ illos qui ꝑ infirmitatē fragilita⸗
tis: ⁊ quos recipis sine macula recipis / de⸗
speraui me posse ad tuam gratiam vel ad tu
um regnū ꝑuenire: ⁊ idcirco totū meū studi
um in terrenis collocaui / vt si amitterē vitaꝫ
btām in futuro / vel p̄sentem dilectionē non
amitterem. Etiam in presenti potest accipi:
qꝛ cū quilibet acumen ingenij qd̄ a deo ac⸗
cepit non sequitur / ꝑdit ꝑ suā desidiā qd̄ sci
re poterat: ⁊ assequitur plerūqꝫ is q̄ hebes
acumē hr̄e videbatur / ꝑ assiduitatē ⁊ ꝑ suaꝫ
bonā voluntatē. [Ecce habes qd̄ tuum est]
Ex quo primus parēs nr̄ in paradyso pec⸗
cans / ipas suas culpas in dn̄ꝫ suū voluit re
putare dicens. Mulier quam dedisti mihi
dedit mihi / ⁊ cōedi ex eo. Mꝫ hoīm genꝰ
culpas suas in alios gestiūt retorq̄re. Vnde
⁊ hic seruꝰ dt̄. Ecce habes qd̄ tuū ē. Qua
si diceret. Et si alios nō instruxi / meipm cu⸗
stodiui: ⁊ in me habes saluū talentū. Qui
em̄ debuit simpliciter inertiā suā ⁊ peccatū
ꝯfiteri / dicit se prudenti ꝯsilio egisse ne pecu
niā ꝑderet / q̄ hoc solū timere debuit ne sine
lucro ad deū reportaret. [Respōdēs aūt do⸗
minus eius / dixitqꝫ ei. Serue male ⁊ piger]
Seruus malus appellat̄: qꝛ calūniā fecit do
mino / ⁊ pcm̄ suū in eū voluit retorq̄re. Pi⸗
ger: qꝛ noluit talentū dare ad erogationem.
[Sciebas qd̄ meto vbi non semino / ⁊ ꝯgre
go vbi nō sparsi. Si ⁊ illud iuxta tuā sniaꝫ
exquiro qd̄ ad erogandū nō dedi / quare tu
sciens voluntatem meam non dedisti pecu⸗
niam meam ad mensam?] Nūmularij a nū
mo dicuntur: quia ipsi eos percuciūt. Et so
lent monetarij accipete argentum ab aliq̄bꝫ
et solent denarios formare et post annuꝫ in
tegrum reddere quod acceperunt / ⁊ medie⸗
tatem de ingenio suo suꝑ acceptū. Qd̄ diui
na lex de terrenis pecunijs ꝓhibꝫ fieri: qm̄
initium est cupiditatis / exigere velle que te
nescias cōmodasse. Vnde ps. dt̄ de iusto vi
ro. Pecuniā suā nō dedit ad vsurā. De spi⸗
ritali vo. i. predicatōne diuina: q̄ nō studue
rit multiplicari / exoluet debitas penas.
[Tollite ab eo talentū / ⁊ date ei q̄ hꝫ decem
talenta]. Conueniens videbatur / vt cum

talentū ab illo tollebatur ei daretur qui duo
quam qui quinqꝫ. Sed si vim dicti perpen
dimus/plus ille habuit q̄ duo.i. intelligen
tiam ⁊ charitatem: quam ille qui quinqꝫ sen
sus corporis accepit: quia scientia dei ⁊ cha
ritas omnes apud deum p̄cellunt virtutes.
Frequenter ergo videmus illum qui bene
exterioribꝫ administrat (licet simplex frater)
habeat maiora dona a deo/quaꝫ ille qui de
sua scientia se iactans alios dedignatur. Et
iste vnꝰ malus seruus/iudeoꝝ populus po/
test intelligi: qui doctrinam legis quam acce
pit noluit multiplicari in gentili populo.
Cui talentum ablatum est: sicut ipse alio lo
co dicit. Auferetur a vobis regnū dei/⁊ da/
bitur genti facienti fructus eius. [ Omni
habenti dabitur]. Habenti fidem vel bonā
voluntatem/dabuntur reliqua bona. [Ei
aūt q̄ non hꝫ fidem vel bonā voluntatem/⁊
qd̄ videtur hr̄e ꝑ hypochrisin/auferetur ab
eo]. Siue terrene res quas magis amauit
quā vitā eternā. [Auferetur ab eo/⁊ tūc neu
trum habebit. Et inutilem seruū eicite in te
nebras exteriores] Superius dixi qꝛ tene/
bras interiores cecitas mentis appellat̄: ex/
teriores tenebre erunt in inferno: vbi neqꝫ
deus/neqꝫ sol ei lucebit. Deus lux est: q̄ ab
illo elongat̄/in tenebris constituitur. [Ibi
erit fletus ⁊ stridor dentium]. Per fletum ⁊
stridorem dentium dira tormenta p̄dicunt̄
⁊ vera resurrectio corpoꝝ demonstrat̄. Talē
tum genus ponderum est maximum. Sūt
aūt tria genera: minimū quinquaginta libra
rū: mediū/septuaginta duaꝝ: summū/centuꝫ
viginti. [Cum aūt venerit filius hominis ī
sede maiestatꝫ sue: ⁊ oēs angeli cū eo]. Mul
ta dn̄s dixit q̄ ad diē iudicij fiēda sunt: sed
qn̄ ipe dies aut hora esse debeat/nō dt̄. Sꝫ
ↄstat ꝑfecto/qꝛ q̄ alia scit secretiora mysteria
qd̄ ⁊ ip̄m sciat. Dixit sup̄ius admonitiōes
ad oēs: nūc aūt ostēdit qd̄ in nouissima ho
ra ipe facturus sit. Scimus quia iuditium
dedit pr̄ filio: ⁊ q̄ in p̄mo aduētu venit iudi
cādus/in scd̄o veniet iudicaturus viuos et
mortuos. ¶ Nulla aūt lingua pōt enarrare
quāti terrores ibi erūt/cū celū ⁊ terra arde/
bit/sonꝰ tonitruoꝝ ⁊ fulgurum audietur/an
geli resonantes tubas mortaliū turbā cōcu
tient. Cur enim nō credamꝰ/qd̄ illi angeli
q̄ corpora de aere assumunt/vt freq̄nter visi
a p̄rib꞉ legunt̄/sono ereo debeāt insonare: vt
fecerunt quando dominus ꝑ subiectā creatu
rā locutus est turbis. ¶ Adhunc iudicij di
em oēs nouē ordines angeloꝝ venient: oēs
homines boni ⁊ mali. [Tunc sedebit ī sede
maiestatis sue]. Per sessionem auctoritas
iudicandi: maiestas ꝓ potestate. ¶ Multi
aūt putauerunt in valle Iosaphat/q̄ est lo/
cus in iudea futurū esse iuditiū: sed nequa/
quā verū est/quāuis sonet Iosaphat iuditiū
sed in aere erit vt Paulus dt̄: rapiemur in
aere/⁊ sic sꝑ cū dn̄o erimꝰ. [Et ↄgregabun
tur ante eū oēs gentes]. Quicūqꝫ sp̄m vite
habuerūt īmortalē/sicut angeli ⁊ hoīes ibi
aderunt. [Et separabit eos ab inuicē/ sicut
pastor separat oues ab hedis]. Qꝛ iā dixe/
rat/ego sum pastor bonus/perseuerat in ipa
parabola/qd̄ sicut pastor ad vesperam oues
ab hedis segregat/vt hos mittat in vnā mā
sionē/illos in aliā. Silr̄ deꝰ tūc ad vesperā
huius mōi collecturus suas oues in ouile
hedos in herebū retrusurus. [Et statuet q̄/
dē oues a dextris]. Id est in bonā partem.
[Hedos aūt a sinistris]. Id est in malā par
tē. Videant nunc q̄ adhuc viuunt/vt festi/
nēt esse oues christi: vestiāt nudos/⁊ alāt in
digētes: viuant simpliciter/nō de rapina/ne
qꝫ noceant alicui: qꝛ q̄ hedos in hac vita i/
mitatus fuerit/ socius tūc ipioꝝ erit. Hedꝫ
ↄparant̄ qd̄ lasciuū est animal: ⁊ luxuriosuꝫ
quoꝝ similes sūt dissoluti in voluptatib꞉ su
is/luxuriosi ⁊ auari erga proximos suos.
[Tūc dicet rex his q̄ a dextrꝫ eiꝰ erūt. Veni
te bn̄dicti p̄ris mei] h̄ ē mecū venite/cū quo
heredes eē debetꝫ vite eterne. Bn̄dicit/q̄a
ad imaginē dei fc̄ti ideo bn̄dc̄ti. [Possidete
h̄ ē absqꝫ vlla ↄdictiōe. [Paratū vobꝫ reg/
nū]. ꝑ p̄n̄tiā dei. Regnū/latā māsionē/q̄ nō
angustabitur vobis sed dilatabit̄ spaciose.
[A ↄstitutiōe mōi]. Quā vnā btā̄m in p̄n
cipio a deo credimus eē creatā/vbi fierꝫ re/
ceptaculū iustoꝝ. [Esuriui eni͞m in mēbrꝫ me
is]. Qd̄ est ecclīa mea. [Et dedistis mihi
mādūcare]. Siue cibo terreno/siue sp̄itali.

[Sitiui/⁊ dedistis mihi potū]. Sicut cibꝰ spiritalis/sic est ⁊ potus. Unde ⁊ beatus Paulus dicebat. Bibebāt de spitali. [Hospes eram/et collegistis me] Hospes dicitur et qui suscipit ⁊ qui suscipitur. Hospes erā hospitio indigebā ⁊ suscepistis me: q̄a hospes non solum suscipiēdus sed ⁊ trahēdus ⁊ querendus. Unde ⁊ .b. Thobias cum sederet ad mensam misit filiū q̄rere q̇ cum eo ederet. [Nudus/⁊ cooperuistis me. Est nuditas corporalis/⁊ spiritalis. Unde dictuʒ est. Btūs qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. [Infirmus/⁊ visitastis me]. Et in infirmitate corporis / ⁊ in infirmitate anime visitandi sunt qui deū p̄rem inuocāt Cū eñ aliquis in tribulationibꝰ huius seculi tristari incipit/tunc infirmatur. Quē si quis visitauerit/⁊ verbo suo confortauerit: mercede non carebit. [In carcere eram/⁊ venistis ad me]. Carcer a cohercendo dicitur: eo q̄d rei ibi coherceantur. Hoc est constringantur. Carcer etiaʒ angustia ⁊ pusillanimitas animi intelligi potest. Et hec oīa pietatis opera ⁊ carnaliter ⁊ spiritaliter exerceri/pñt intelligi: ⁊ ad actualem vitā ꝑtinent. Que q̇ studiose adimpleuerit in hoc/post ad theoricā dei ꝯtemplationē̄m ꝑuenit: in qua sine fine oculi eiꝰ videbunt regem in decore suo. [Amē dico vobis/quod vni de his fratribꝰ meis minimis fecistis/mihi fecistis]. Addendū q̄d dixit/de his minimis fratribꝰ suis: hoc est q̇ deū p̄rem credunt/⁊ ipm inuocāt: ⁊ nō sunt elati/sed humiles spū. [Tūc dicet his qui a sinistris erunt]. Notandum q̄d nō hʒ/eius/sed tm̄ a sinistris: qꝛ deꝰ sinistꝝ nihil hʒ. Uñ scriptū est. Uias q̄ a dextris sunt/nouit dñs. Peruerse vero sunt / q̄ a sinistris sunt. [Discedite a me]. Ecce terribilis ⁊ timenda vox: etiam si nihil addidisset: qꝛ q̇ a deo recedit/dyabolo traditur. Et nihil aliud extra deū / nisi malū inenarrabile. [Maledicti]. Maledictꝰ nō pōt esse/vbi ē bñdictꝰ. A deo creati bñdicti / operibꝰ vr̄is maledicti. [In ignē eternū/q̇ paratꝰ est diabolo ⁊ angelis eius]. In ignē eternū discedere. i. inordinate cadere ꝑcipiuntur: qꝛ iā ab illa die crudeliter tractandi sunt. Eternus erit eis ignis: qꝛ lʒ ipi finē peccandi habuissent/tñ voluntatē habuerunt/⁊ sꝑ viuere/et sꝑ peccare: ⁊ ideo ex voluntate sine fine dānabuntur. [Qui paratus est dyabolo / et angelis eius]. Hic apparet ꝙ pene inferoꝝ non ꝓ hominibꝰ/sed ꝓ angelis malis parate sunt. Quicunq̧ in ꝯsortiū eoꝝ ꝑ mala oꝑa seipm iungit/sustinebit que ille dʒ sustinere [Esuriui eñ/⁊ non dedistis mihi manducare]. Et cetera. De oībꝰ q̇bꝰ iusti coronantur impij condemnantur: qꝛ ꝯtraria eis egerūt [Et ibūt hi in supplitiū eternū.] Duabꝰ vicibꝰ in hoc loco dñs affirmat/q̄d supplitia eterna erunt impijs. Sic dicuntur impij in eternis supplicijs esse/sicut dicuntur iusti in vita eterna. Et si impij nō essent sꝑ cruciandi nec iusti sꝑ glorificandi/sicut dicunt greci. Origenes eoꝝ doctor eximius errauit/putans diē iuditij spatiū mille annoꝝ obtinendū/vt hoc spatio venirent oēs impij acta penitentia ad veniam/⁊ ipe dyabolus. Et per multos annos ita docuit. Cum autem audisset ista duo ꝟba: ignē eternū/⁊ supplitiuʒ eternū/recognouit errorē suū / ⁊ venit in synodū ⁊ publice cōfessus est se recognouisse errasse/q̄d impij eternaliter debuissent cruciari/sicut ⁊ iusti in vita eterna eternaliter letari: ⁊ accepit pñiam/⁊ abstinuit a misse officio vsq̧ ad diem mortꝭ sue. Et hoc retinendū q̄d his qui iudicaturus dicitur/filiꝰ hominis vocatur: vt sciamꝰ qꝛ q̇ iudicatꝰ est/ipe idem erit iudicaturus.

¶ [Et factum est cū consummasset ihesus sermones hos omnes]. Consumatio ad perfectionem pertinet. Bonoꝝ eñ est cōsūmare. i. ad perfectionem deducere. Cōsummauit/qui quantum voluit dixit/⁊ q̄d necessarium esse sciuit.

¶ Sequitur expositio Christiani in Passionem dominicam.


VERE·FILIVS·DEI·ERAT·ISTE·

# Expositio Christiani Grãma.


Dixit discipulis
suis. Scitis quia post biduũ
pascha fiet]. Pascha hebreũ ē
nõ grecũ: nec dicit a passione/
sʒ a trãsitu: eo ꝙ ꝑcussor egip
tioꝝ: qui diabolꝰ intelligit/ꝑcussis egiptijs
nõ fuerit ausus itroire i domos hebreoꝝ ꝓpt
sanguinē agni/quē i postibꝫ videbat. Uel a
lio mõ a trãsitu dicit pascha: qm̃ dñs ꝑ do/
mos hebreoꝝ trãsiuit ipsa nocte/qñ egiptij
P ꝑcutiebãt vt saluaret ꝑplm̃ suũ. Hoc aũt di
stat int pascha ⁊ azima: qꝛ pascha ipa pria di
es erat quãdo agnũ comedebãt. Azima aũt
septē dies q̃ seq̃bant i q̃bꝫ nõ audebãt panē
comedere de fecibꝫ infectũ: ⁊ ideo azimi dice
bant ipsi dies. [Et filiꝰ hoīs tradet vt cruci
figat]. Biduũ cõpositũ nom̃ ē ex aduerbio
bis ⁊ greco dio id ē duo. Post biduũ pꝰ du
os subaudit dies. Et ad hoc respicit ꝙ di/
xit filiꝰ hoīs tradet pꝰ biduũ. Nã pascha in
crastinũ celebratũ fuit/qꝛ q̃rta feria hec loq̃/
bat: in quīta feria pascha celebrauit hoc est
agnũ cõedit. Sexta feria qđ ē biduũ tradi
tus ē. [Et filiꝰ hoīs tradet]. recte filiꝰ hoīs
q̃a diuinitas ipassibilis ⁊ sola caro passa est.
Tradet a iudeis: q̃a quecũqꝫ occidere vole
bãt/adiudicabãt eũ morti ⁊ tũc dabãt ptãti
romane: qꝛ ipis nõ licebat nec arma portare
nec quēqꝫ occidere. [Tũc cõgregati sunt pri
cipes sacerdotũ i atriũ pricipis sacerdotũ/q̃
dicebat Cayphas] Q Qꝛ iã cõspirauerãt vt e
um occiderēt. Nunc iteꝝ cõgregant agētes
ↄsiliũ quo illũ ↄp̄hēdãt sine turbis. Crede
bãt nãqꝫ eum iuitum pati ⁊ timebãt si vna
vice de manibꝫ eoꝝ q̃cunqꝫ mõ euaderꝫ ꝙ vl
teriꝰ eum nõ ↄp̄hēderēt. Cõgregãtes se ad
summũ sacerdotē/qꝛ de sua gēte maiorē nõ
habebãt. Post trãsmigrationē deniqꝫ sꝑ sa
cerdotes eis p̄fuerãt i honore regio vsqꝫ ad
Herodem. Congregantur ergo non timen
tes seditionem populi: sed cauentes/ne au/
xilio populi de manibus eorum tolleretur.
Q Cayphas interpretatur inuentor malorum.
[Consilium fecerunt vt Jesum dolo tene/
rent ⁊ occiderent]. Dolus est mentis cal/
liditas ab eo quod deludat: seu dolus cuꝫ
quis aliud dicit et aliud cogitat. Scie/
bant enim quia ipse non erat dignus mor/
te: licet lingua hoc dicerent. [Cum autem
esset Jesus in bethania in domo Symonis
lepri.] Hoc ãteqꝫ dñs Hierusalē sedēs su
ꝑ asinã veniret/factũ ē. Sed Matheꝰ ꝓpte
rea repetit qꝛ ad mortē eiꝰ p̄figurandã factũ
est. Et fcat Maria eccliam Christi/q̃ spiri/
taliter/cũ bonũ odorē noticie dño dedit/⁊
cotidie facit adnuntiãdo de die in diē saluta
re eiꝰ. Maria aũt est soror Lazari/q̃ iã laue
rat pedes eiꝰ ⁊ extersserat capillis capitis sui
sicut Joãnes euangelista affirmat/⁊ bonis
opibꝫ inherēdo ⁊ amãdo ⁊ seruiēdo saluato
ri/hoc ꝓmeruit vt digna fieret manus super
caput saluatoris mittere/cũctis penitētibꝰ
spē venie p̄tendens/si ex corde potuerit re/
missionem ꝑfectam cõsecuturos. [Symo/
nis leprosi]. Non ꝙ tunc leprosus fuerit: qꝛ
nullus leprosus in ciuitate vel in villa cum
alijs hominibus manebat/sed quia ante le/
prosus fuerat/⁊ a domino curatus: vt vir/
tus domini memoretur nomine pristino in
scribitur. Symon interpretatur obediens.
Bethania domus obedientie. Alabastrum R
genus est marmoris candidi varijs colori/
bus intertincti/de quo solent vascula caua/
re medici ⁊ in eo ponere/quia ibi melius cõ
seruatur: ⁊ ab ipso marmore ipsum vnguē/
tum vocatur/eo ꝙ frequentius ibi conserue
tur: ⁊ per speciem metonomiam/per conti/
nentem id quod continetur ostendens. Pre
ciosum dicitur/quia sicut medici grecoꝝ di/
cunt/omnia alia vnguenta antecellit. Mar/
cus ipsam herbam aromaticam ponit/vnde
ipsum vnguentum conficitur. Nardus eni S
aromatica frutex est habens nigram ⁊ cras/
sam radicem ⁊ fragilem sed pinguem. O/
dor eius cum cypresso proximus/sapore as/
pero/folia parua ⁊ densa/cuius cacumina
in aristas excrescunt que ⁊ spice nominan/
tur. Et inde dicit Marcus. Nardi spicati
id est de nardo spicas habentem: quia au/
tem preciosus esset/⁊ de radicibus ⁊ de spi
cis ⁊ de folijs/factum fuerat. Joannes au/
tem nardi pistici posuit. Pistis fides grece
dicitur: ⁊ a pisti pisticus deriuatur: Et dici
tur Nardus fidelis/eo quod cum verita/

te factus/nullam impositurā aut mixturam male rei habuerit. Queritur aūt/quare ista mulier tūc hoc voluerit facere dn̄o qđ ante nō fecerat; vel quare ꝑmiserit sibi fieri hoc ꝑ ciosuʒ op⁹. Postquā dn̄s Lazaꝝ suscitauerat in Bethaniā nō venerat nisi tūc ꝑmū: ꝛ illa nō potuit ampli⁹ obseqū facere ꝓ suscitato frē. [Emit hoc vnguentū ꝛ vnxit caput ei⁹]. Qr erat ꝯsuetudo iudeoꝝ caput vngere de confectꝭ vnguētis: qm̄ ierat eis copia de balsamo/qđ in coꝝ terra nascebat: ꝛ pro hac ꝯsuetudine diuites ꝛ paupes post lauationē facie: vngebant caput. Vn̄ ꝛ dn̄s dr̄. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ꝛ faciem tuā laua. Ex hac ğ ꝯsuetudie dn̄s caput vngebat: ꝛ ideo sibi ꝑmisit fieri. Typice aūt ecclia christi caput vngit/cū mysteria assūpte humanitatis digna reuerētia suscipit. [Videntes aūt discipuli/indignati sunt dicētes]. Per speciē synodoche multi ꝓ vno indignati fuisse dicunt/cū Joānes solū iudā dicat fuisse indignatū. [Potuit eīm istud venūdari multo/ꝛ dari paupib⁹]. De ista causa iudas scandalū sumpsit ꝯ dn̄m/cū añ ip incredulus fuerat. Et iratus est qm̄ nō licuit eivēdere ipm vnguentū: ꝛ putauit non esse deū/ qm̄ q̄ sp despecte vixerat/ꝛ gliam hui⁹ seculi ꝓ nihilo duxerat/ꝛ tunc ꝑmittebat se vngi tam ꝑcioso vnguēto. Erat nāq3 ꝯsuetudo in ipa terra/ꝛ in multis terris/in q̄b⁹ nō pn̄t viuere ꝓ abūdantia ꝟpentiū/nisi habeāt medicinas: vt medici facerent ꝛ vnguēta ꝛ tyriacas: qr abūdant eis herbe ꝛ pigmenta ꝛ vendant his q̄ hoc nō hn̄t. Unde ꝛ vrātes scamoniā ꝯparāt: qđ illi q̄ vēdūt de vili herba ꝯficiūt. [Dixit aūt iudas. Ut qđ ꝑditio hec? potuit eīm istud venūdari multo: et dari pauperib⁹]. Uenundari multo: qr trecētis denarijs.i.viginti quinq3 solidis venundari potuisset. Tamē Joannes dicit: quia libra vnguenti fuit. Hoc est qđ eum vna libra poterat comparari. Non dare volebat pauperibus/sed auaritiam suam aggregare [Sciens aūt Jhesus ait illis. quid molesti estꝭ huic mlieri]. Molest⁹ dicit dur⁹. irat⁹. [Opus bonū opata est in me]. Alij euangeliste dicunt quare deo placuerit op⁹ hoc ꝑciosum fieri. [Preuenit inqt vngere caput meū/in sepulturā meā]. Qm̄ ipe nō erat in monumēto tā diu vt necessariū foret condire corp⁹ eius de aromatib⁹. Permisit isti mulieri hoc sibi facere: vt ꝛ morte suā ꝑ h̄ factū ostēderet: ꝛ deuotione mulieris adimpleret q̄ ob hoc ipm vnguētū emerat. [Pauperes eīm semper habetis vobiscū/me aūt non semper habebitis]. De presentia corporis loq̄batur: quia recessurus erat ab eis. Nā presentia diuinitatis sp adest oībus electis suis/sicut ipe post resurrectionem suis discipulis dixit. Ecce ego vobiscū sum vsq3 ad ꝯsummationem seculi. [Mittens enim hec subauditur mulier: vnguētū hoc in corpus meū/ad sepeliendū me fecit]. Hoc est officium qđ post mortē meam mihi faciendum erit: ꝓuenit facere me inspirante: qđ ꝑ ceteri resurrectione facere non poterit. [Amen dico vobis: vbicunq3 predicatum fuerit h̄ euāgeliū in toto mundo]. Acsi dicat. Cum predicatur euangelium meū/dicetur: ꝛ qđ hec fecit in memoriā eius. Per omnē mōm ꝛ ipsa laudabit/ꝛ exemplū ab ipa capiet dom̄o ꝟuiendi: ꝛ spiritaliter de ecclia potest accipi. [Et cōtristati ceperunt singuli dicere. Nūqđ ego sum dn̄e]. Quāuis cōscij sibi essent nihil tale erga mgr̄m cogitasse/tn̄ plus credūt mgr̄o quā sibi. Et cōtristant eo qđ talis sit inter eos q̄ h̄ cogitauerit. [At ipe respondēs ait. Qui intingit mecū manū in parapside/hic me tradꝫ]. Paulatim ꝛ ꝑ īdicia sicut pi⁹ dn̄s ꝛ mgr̄ eū volebat castigare: sed ipe irreuerēs fact⁹/non solū cōtristat⁹ non erat vt ceterū/sed etiā manū cū mgr̄o in vasculū mittebat. Pctm̄ eīm auaritie qđ in mente habebat/etiā a cetero inuerecundū reddebat. Parapsis aūt est vas quadrāgulū ꝛ q̄drilateꝝ.i. parib⁹ absidib⁹. [Tūc abijt vnus de duodecim]. Qđ euāgeliste dicūt/qđ iudas post vnctionē capitꝭ dn̄i ad phariseos ierit/ꝛ iteꝝ referūt qđ post buccellā abierit. Sciendū: qđ ex illa hora animo deliberauerit se ituꝝ. Auditum eīm habebat: quia principes sacerdotū decretum habebant/vt si quis eū nosset proderet. [Qui dicitur Judas scariothes]. Scariothes/a vico in q̄ or

tus est/sic vocat̄.[Quid vult3 mihi dare/ ⁊ ego vobis eū tradā].Jn̄ etiā pessim⁹ iudas: q2 ip̄e prior abijt ad phariseos/⁊ ꝑcium dn̄i in potestate illoꝝ dimisit. Et q̄cūq3 christianus veritatē celat ꝓ munere/vel mēbꝝ cristi ꝓpter munera iniuste opprimit: filius iude est: q2 ip̄e dixit. Ego sū ꝟitas.Qd̄ vni ex minīs meis fecist3/mihi fecist3.Filius ⁊ ille/q̄ ꝯcordiā fraterne pacis dissipat: q2 de⁹ charitas est.[At illi ꝯstituer̄t ei.xxx.argēteos].Nō est incōueniēs eodē ꝑcio creder̄ ioseph vēditū: quāuis auctores de hoc variēt qm̄ ioseph in figurā dn̄i ꝑcessit: ⁊ ioseph vēditus est in ꝟuitio ꝑpetuo: dn̄s aūt solūmō manifestatus est sine turbis esse.Cōstituer̄t ei se daturos/nō tn̄ dederūt/nisi post ꝑditionē.[Exinde q̄rebat optunitatē/vt eū traderet].Subaudit̄.Sine turb3 traderet alijs ⁊ ip̄e nō hr̄et.[Prima aūt azimoꝝ].Hoc ē prima die quo fermētatos panes abiciebāt ipsa die pasche: qm̄ tunc etiam azimos cōebant.Mane quinta feria interrogauerunt ⁊ vespere venit ipse post eos in ciuitatem comedere agnū.[Accesserunt discipuli eius/ Petrus ⁊ Andreas q̄ seniores/⁊ etate ⁊ sapiētia erant].Nā Joannes iunior ill⁹ erat: inter eos fuit iudas/qui pecuniā dn̄i custodiebat.[Ubi vis paremus tibi comedere pascha].Preceptū ⁊ vsus erat in illa terra/ad festa preclara ad templū dn̄i venire: agnū tn̄ comedere cū quo voluisset: tm̄ si minor esset familia in domo/assumeret vicinū domus sue.Jdcirco interrogabant vbi velit agnū manducare: q2 iude ministeriū erat ip̄m agnū ⁊ alia necessaria comparare.[At ihesus dixit.Jte in ciuitatem ad quendam ⁊ dicite ei].Quid necesse erat nomē dicere cū ip̄e ducē suū eis ostēderet dicēs.[Introeuntib⁹ vobis in ciuitatē/occurret vobis hō amphorā aque portās/seq̄mini eū in domū in quā intrat/⁊ dicet3 prifamilias domus] Qd̄ Matheus intēdens ad alia/alteri dicēdū reliq̄t.Marcus silr̄ de lagena dt.S3 amphora ⁊ lagena pro vno ponunt̄: ⁊ a greco

X co vtraq3 nomina oriunt̄.Significāt autez vasculū fictile ansas duas hn̄s/q̄ rustici ad ꝯseruandā aquā solēt hr̄e.Mystice ꝑ aquā lauacrū ꝓ ablutione mūdi ostendit̄/pascha spiritale volētibus celebrare.Per āphorā et lagenam fragilitas nostra/que erat abluenda per baptismum.[Magister dicit/tempus meum prope est/apud te facio pascha] Qd̄ dicit tempus meum prope est/subauditur/ad celebrandum pascha. Neq3 em̄ ille sic fidelis erat/vt ei de sua vicina morte indicare debuisset: quia si fidelis fuisset discipuli domū nossent/et frequentius dominū suscepisset.[Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus/et parauerūt pascha.]Uidelicet parauerūt que necessaria erant/et ornauerunt domum[Uespere aūt facto discūbebat cum duodecim discipulis suis]. Agnus ad vesperam iussus est immolari/ipsa nocte qn̄ ꝑcussor debebat transire: siue quia nocte luna mutat̄/qn̄ fit in quartadecima: q2 potestas lune in nocte est: siue q2 populus israhel in ipsa nocte fugit de terra egyptioru3 [Et edētib⁹ illis dixit.Amē dico vobis/q2 vn⁹ vr̄m me traditur⁹ est].Qui de passiōe ꝑdixerat/ꝑdicit de traditione/vt agat ꝯsci⁹ pniam: ⁊ nō designat eū specialiter: ne īprudēs fact⁹ peior fier3.[Filius q̄dē hoīs vadit sicut scriptū ē de illo].Uadit.i.ad mortē: sicut scriptū est.Jn mlt3 scripture locis h̄ dictū ē: vt in Esaia.Propt̄ scelus ꝓli mei ꝑcussi eū.[Ue aūt hoī illi ꝑ quē tradet̄].Hoc ē ꝑpetuū.Ue aūt hoī illi īminz in īferno: q2 ꝓ auaritia sua illū trad3.Nā ⁊ pr̄ tradidit illū ⁊ fili⁹ tradidit seip̄m.S3 pr̄ ⁊ filius ꝓ charitate: iudas ꝓ auaritia[Bonū erat ei si natus nō fuisset].Nō qd̄ aliqd̄ bonū habiturus q̄s sit nisi nascat̄: s3 simplicit̄ loquit̄ qd̄ melius fuerit ei nō eē: quā male eē.[Respōdēs aūt iudas: dixit.Nūq̄d ego su3 rabbi]. Suꝑbia appar3 in voce ip̄i⁹ ⁊ incredulitas cū alij maiores illo dixerit dn̄e: ⁊ iste q̄si nō eēt deus dt/Mgr̄.Expectauit em̄: ⁊ nō cū alijs se excusauit: q2 volebat vt deus illū ꝑderet manifeste: vt hr̄et occasionem vt diceret.iam quia tu ista improperas que nō feci debeo te derelinquere: ⁊ alium magistrum querere.Sed deus prescius cogitationum nō inueniet in illo occasionē.[Ait illi.Tu dixisti].Acsi dicat. Non ego dico: sed tu.

Non inuenies in me occasionem vt me de-
relinq̃s/[Cenãtibꝫ aũt eis accepit iesus pa-
nẽ: ⁊ bñdixit/ac fregit]. Postquã veterꝫ pa
sche/qđ ꝓceptũ fuerat ꝯsum̃auit/⁊ finẽ fecit
vmbrarꝝ veterꝝ: incepit initiare initiũ noue
grẽ nouiꝙ sacrificij. Accepit panẽ q̇ ꝯfortat
cor hoĩs/⁊ qđ corpora humana plꝰ ꝯtinet: ⁊
ponit in eo sacramentũ sui amoris. Sꝫ mł-
to magis ille panis spiritalis plene cõfortat
oẽm hoĩem ⁊ creaturã/qꝛ in ipso mouemur
⁊ sumꝰ. Bñdixit ꝑmũ: qꝛ in ipso hoĩe ho-
minũ genus bñdixit: ⁊ post: ⁊ quẽ de sctã
Maria assumpsit bñdictionẽ diuine ĩmor-
talitalis/⁊ potẽtiam veraciter inesse mõstra
uit. Fregit/seip̃m panẽ: qꝛ ip̃e se voluntariꝰ
obtulit ad passionẽ: vbi ꝑ facietate nr̃a fre-
git habitaculũ aĩe sue: sicut ip̃e dixit. Po
testatẽ habeo ponendi aĩaꝫ meã: ⁊ potesta
tẽ habeo iterꝝ assumẽdi eã. [Deditꝙ disci-
pulis suis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite/hoc ẽ
corpꝰ meũ]. Dedit discipłis suis sacramen
tũ corporis sui in remissionẽ pctõꝝ: ⁊ in cõ
seruationẽ charitatꝫ: vt memores illius fac
ti: sꝫ hoc in figura facerent: qđ pro eis actu
rus erat/non obliuiscerent̃. Hoc est corpus
meũ: id est in sacramento. [Et accipiẽs cali-
cem: gr̃as egit/⁊ dedit illis dicens]. Qꝛ in
ter omnes vite alimonias cibꝫ panis ⁊ vi-
nũ valent ad ꝯfirmandã ⁊ recreandã nr̃am
infirmitatẽ: recte per hec duo mynisterium
sui sacramenti ꝯfirmare placuit. Vinũ nãꝙ
⁊ letificat ⁊ sanguinẽ auget. Et idcirco non
inconuenienter sanguis christi ꝑ hoc figu
rat̃: qm̃ quicquid nobis ab ipso venit letifi
cat leticia vera/⁊ auget om̃e bonũ nr̃m. Si
cut deniꝙ si aliq̃s ꝑegre ꝓficiscens dilecto-
ribus suis quoddã vinculum dilectionis
relinquit: eo tenore: vt om̃i die hec agãt/ vt
illius nõ obliuiscant̃: ita deꝰ ꝓcepit agi a no
bis/transferens spiritaliter corpus in panẽ
vinum in sanguinem: vt per hec duo memo
remus que fecit pro nobis de corpore ⁊ san
guine suo ⁊ non simus ingrati tam aman-
tissime charitati. Quia autem aqua miscet̃
in sacramento sanguinis eius/per aquã po-
pulus suus ostenditur pro quo mori voluit
Et neꝙ vinũ sine aqua/neꝙ aqua sine vino
qꝛ ip̃e ꝓ nobis mortuus est/ita nos ꝓ ipso
vel ꝓ fratribꝫ nr̃is qđ est ecclesia/mori debe
mus. Vñ ⁊ de corpore suo sanguis ⁊ aqua
exijt. Quod aũt dicit: hic est sanguis meꝰ
noui testamenti: ad distinctionẽ veteris te
stamenti đt: quod sanguine hyrcorum pec-
catũ non potuit emundare seruientibꝫ pec-
catis. [Dico aũt vobis/nõ bibam amõ de
hoc genimine vitis/vsꝙ in diem cũ illđ bibã
vobiscũ nouũ in regno pr̃is mei]. Vitis iu
dea/vinũ pr̃iarcharꝝ ⁊ ꝓphetarꝝ ac reliquorꝝ
electorꝝ. Vsꝙ tunc fecit iudea racemos vn-
de vinum flueret/id est opera per fidẽ. Ab
occisione domini labruscas/vsqueq̇ Enoch
⁊ Helias educant in regnũ/in eccłiam chri
sti in fine seculi. Siue simpliciter ab illa ho
ra cene non bibit vinũ: quousꝙ immorta-
lis factus ⁊ incorruptibilis post resurrectio
nẽ. Qđ vero sacramentũ corporis ⁊ sangui
nis sui post cenã dare voluit discipulis suis:
⁊ nos ieiuni capere illud iubemur: hec rõ est
Dñs ostendit figurale testamentũ a se ꝓce-
ptũ donec veniret verũ: imposuit illi t̃miũꝫ
⁊ dedit initiũ noui testamenti. Hac de cau-
sa nouũ añ vetus celebrauit. Fecerũt autẽ
multo apł̃i t̃pe siłr post aliũ cibũ dñicũ sumẽ
tes. Post vero cũ venerũt hebrei ad cõmũi
candũ: tũc ꝓceptũ est ĩ synodo vt vnusq̇sꝙ
hõ(si etiã de alijs pctĩs purificatus fuerit)
ꝑus reficiatur de cibo spiritali: ⁊ postmodũ
de t̃pali. [Et hymno dctõ: exierũt in mõtem
Oliueti]. Vel ex cõsuetudine iudeorꝝ ipsa
die añ cenã cantauit centesimũ duodecimũ
psalmũ. i. Laudate pueri dñm: vsꝙ mediũ
cẽtesimũ tertiũ decimũ. Nõ nobis dñe non
nobis: ⁊ post cybũ: reliquũ qđ restat / vsꝙ
cẽtesimũ octauũ decimũ psalmũ. Seu ora-
tionẽ illã quã Joãnes refert eũ orasse añ cõ
ꝓhẽsionẽ. Exijt ꝑo iterꝝ de ciuitate/⁊ ꝑgit in
mõtẽ Oliueti vt det locũ traditori ⁊ ꝯꝓhẽ
soribꝫ. [Tũc đ: eis iesus. Oẽs vos scãdalũ
patiemini in me in ista nocte]. Predicit q̇d
passuri sint/vt cum venerit hora patiendi le
uius ferant. Et notandum quod dixit: in
ista nocte: quia sicut qui ebrij sunt / no-
cte ebrij sunt: sic qui scandalum paciun-
tur in nocte ad huc sunt: hoc est in ignorã

tia. Si em̄ ꝑfecti eſſent in ſcia/ nō poſſet ter
rena tēptatio eis ſcandalū efficere: qꝫ ꝑfecto
rū eſt equo aīo inter aduerſa ꝛ ꝓſpera ſtare
[Scriptū eſt ei. Percuciā paſtorē/ ꝛ diſꝑgē-
tur oues gregis]. De⁹ omīps ex ꝑſona ſua
hoc locutus eſt ꝑ Zachariā: qđ ipe datur⁹
eſſet vnicū ꝓ nobis morti: ꝛ apoſtli ꝓ timore
relicturi. Sed dn̄s fecit ſicut bonus paſtor
cū vidit Leones ꝛ lupos veniētes/ iuit ob-
uiā ꝛ oppoſuit ſeipm̄ morti ꝓ ouib⁹ ſuis. Et
interim fugere oues cū viderūt mori paſtorem
Dixit enim. Si me q̄ritis/ ſinite hos abire
[Poſtquā aūt ſurrexero/ p̄cedam vos ī ga-
lileā]. Cū duris miſcet leta/ vt recreet aīos
eoꝝ. Quiā dixit: qꝫ ipi diſꝑgendi erant pro
illius morte: ſubiūgit qꝫ reſurget/ ꝛ videbūt
eū in galilea. Viderunt enim eū poſt reſur-
rectionē aliqui diſcipulorum/ ſed pleniter in
galilea. De qua apparitione btūs Paulus.
Deinde viſus eſt apoſtolis omnibus. [Re
ſpondens autem Petrus dixit. Et ſi om̄es
ſcandalizati fuerint in te: ego nunquam ſcā
dalizabor]. Non de leuitate Petrus hec lo
quitur: ſed de ardentiſſima voluntate. Ve-
rū is qui ſciebat omnia/ nouerat quid hō fa
ceret: non adhuc repletus ſpūſancto. [Ait il
li Jheſus. Amen dico tibi/ quia in hac noc
te anteq̄ā gallus cantet/ ter me negabis].
Ecce ꝛ Petrus in nocte negat dn̄m tertio:
quia omne peccatū facilius in nocte ſurripit
q̄ā in die. Et omnis qui peccat in nocte ē.
[Tūc venit Jheſus in vallē q̄ dicitur geth-
ſemani]. Deſcendit de monte Oliueti in
vallē gethſemani: vbi eſt nunc ecclia/ in lo-
co quo ipe orauit. Gethſemani vallis pin-
guium dicitur: exemplo nos inſtruens/ vt
q̄ adorare deſiderat: in montē luminis aſcē
dat. Habeat quoqꝫ vallem pinguium/ id ē
humilitatē. [Et aſſumpto Petro. Et duo-
b⁹ filijs Zebedei/ cepit contriſtari ꝛ meſtus
eſſe]. Qꝛ enim carnem aſſumpſerat etiā paſ
ſiones carnis habere neceſſe erat: p̄ter illaꝫ
ſolā que cū carne creata non fuerat. i. pecca-
tū: quoniam contriſtari ceperat/ ne triſtitia
noxia cū bona ſe miſceret/ accepit q̄s ſolū⁹ e-
rat in ſecretis/ vt cū eis ſꝑ diuina colloque
ret. Sic nos oēs facere debemus tꝑe triſti

tie/ cū bonis ꝛ amicis loq̄: vt nō habeat in
nobis locū triſtitia/ q̄ mortē oꝑat: ꝛ tali mō
vitabit a nobis. [Tūc ait illis. Triſtꝫ ē ani
ma mea vſqꝫ ad mortē]. Scđꝫ qđ caro erat
illud dicebat: nō ſcđm impaſſibilē diuinita
tē. Triſtabat aūt/ ſiue ꝓ Judayco ꝑplo/ qui
fuerat pars ꝛ ꝑpls dei/ ſiue ꝓ aploꝝ tribula
tione/ ſeu etiā ꝓ ꝑfido Juda: nō aūt ꝓ mor
te ſua quā voluntarie ſubibat: ordinatā cū
patre añ multa curicula annoꝝ. Nā ꝛ ſi di-
camus ſcđm hoiem cōtriſtatū/ nihil obſtat ī
telligi/ qꝛ caro erat ꝛ triſtitia carnis paſſio ē
niſi dei virtute tolleretur. [Et progreſſus
puſillū] Lucas dt. Auulſus eſt ab eis/ quā-
tū iactus eſt lapidis. Et q̄ veraciter ſe vult
exaudiri/ orationes ſecretas dꝫ querere: que
remote ſunt ab omni ſtrepitu ꝛ tumultu vi
tioꝝ. Premonēs etiā in omni tribulatione
nr̄a refugiū ꝛ murū nr̄m dn̄m aſſidue flagi
temus: vt ab imminēti periculo/ iuxta illius
placitū liberemur. [Mi pr̄/ ſi poſſibile ē trā
ſeat a me calix iſte]. Mi/ vocatiuus poſſeſſi-
ui eſt/ a meo veniēs. Dicit ḡ ꝓ iudeis. Si
poſſibile eſt ſaluari gentes ſine abiectiōe iu
deoꝝ/ vt nō ipi mihi inferant mortē/ fiat. Ve
rūtn̄/ nō qđ humano affectu loquor ſꝫ magꝫ
qđ tecū in diuinitate diſpoſui/ fiat. Et hic
exemplū capere debemus orādi/ vt q̄ncūqꝫ
ꝓ tꝑali nr̄a aliqua re deo ſupplicam⁹: ſꝑ in fi
ne illius placitā voluntatē amplius poſtule
mus: vt ſi forſitan nos contra ſalutē nr̄aꝫ pe
timus: ille q̄ ſaluator eſt nr̄: ſcđm ſuū ꝯſiliū
nos guberꝫ ꝛ exaudiat. [Et venit ad di-
ſciplos ſuos: ꝛ inuenit eos dormiētes]. Et
triſtitia ꝓ dn̄o eos dep̄mebat: etiā ꝛ tēpus
erat q̄ ſoliti erāt dormire. Solꝫ ei poſt lach
rimas ꝛ triſtitiā ſonus accedere: maxīe cibo
indultꝫ. [Et dt Petro ſic. Nō potuiſti vna
hora vigilare mecū]. Ut Petr⁹ p̄paret ſe ad
ſuſtinēdā tēptationē/ ꝓ triſtitia redarguit.
Acſi dicat. Si triſtitia futura iā te oppreſſū
hꝫ: q̄d facies cū venerit. Apparꝫ qꝛ negabꝫ q̄
iā vigilare mecū n̄ potes [Vigilate ꝛ orate.]
Et corpore vigilate ꝛ aīo. [Et orate/ vt nō ī
tretꝫ in tēptatōnē]. Nō dixit/ nō tēptemini
qđ nō pōt eſſe: qꝛ nullus fuit qui non fuerit
tēptatus. Et q̄ nō eſt tēptat⁹/ nō eſt ꝓbatus

Non debemus orare vt non temptemur/sꝫ
ne inducamur in temptationem. Ideo dic̃
vt non intretis in temptationem quam fer/
re non potestis.[Spiritus quidem prom/
ptus est/caro autem infirma].Spiritus/id
est aĩa / parata est ad danda membra ꝓ sa
lute hominum/sed caro expauescit/sicut ter
rens res/terrena tormenta.Quid dicent q̃
puri homines sunt/si sic plenus diuinitate
dñs nr̃ loquebatur.[Iterum secũdo abijt
⁊ orauit dicens.Pater mi/si non potest trãs
ire hic calix nisi bibam illum/fiat voluntas
tua]. Non quod humano affectu loquor/fi/
at:sed ꝓpter quod ad terras tua voluntate
descendi.Si potest fieri/vt sine interitu iu/
deorum gentium multitudo credat / passio/
nem recuso.Si autem illi excecandi sũt/ vt
om̃es gentes videant:non mea pater sꝫ tua
voluntas fiat.[Iterũ tertio abijt/⁊ orauit]
Sicut temptatio tribus modis perficitur /
ita arma contra temptationem ter expeten/
da sunt.[Tunc venit ad discipulos suos:⁊
inuenit eos dormientes]. Cause superius
comprehense opprimebant oculos eorum.
[Dormite iam ⁊ requiescite].Per contra/
rium intelligitur.Acsi dicat. Nõ est temp⁹
dormiẽdi/qꝛ appropinquabit/qui me tradet
Et est yronie species.Si autem secundum
Marcum qui dicit.Dormite:⁊ postea in/
fert/sufficit:intelligimus eos aliquid spacij
dormisse/⁊ tũc dixisse dñm satis habetis so
poratum.[Surgite/eamus].Acsi diceret.
Nõ nos inueniãt quasi timentes ⁊ retractã
tes:vltro ꝑgam⁹ ad mortem/vt sciant quia
nõ deuitamus neqꝫ fugimus.[Adhuc ipo
loquẽte/ecce Iudas vnus de duodecim ve/
nit:⁊ cum eo turba multa cum gladijs ⁊ fu
stibus exierunt:missi a principibus sacerdo
tum ⁊ senioribus populi].Sacerdotes pe
tierunt Pylatum/⁊ Pylatus dedit vnã co/
hortem/id est quingentos milites:⁊ cũ his
sacerdotes miserũt suos seruos cum cõtis
⁊ sudibus : de quibus ⁊ Malchus fuit.
[Qui autem tradidit eum/dedit eis signũ
dicens.Quemcunqꝫ osculatus fuero ipse
est/tenete eum].Timuit iudas/ne ipse seip/
um absconderet:sicut fecit quando vole/
bant eum precipitare ⁊ lapidare.Et ideo ta
le eis signum dedit/vt postquam eum oscu/
latum habuisset:si ipse euanescerꝫ/iudas nõ
perderet precium.Apparet autem quia pius
dominus hanc consuetudinem habuit /vt
quãdo a foris suus reuerteretur discipulus
oscularetur eum.Quod nunc apud nos nõ
fit/nisi post plures dies.Hoc signum ⁊ ca/
yn habuit/vt omnes oscularetur pre timore
similis in facto / similis in scelere : licet iste
peior.[Et confestim accedens ad ihesum/di
xit.Aue rabbi].Aue latine dicitur/grece ke
re:hebrayce sicut ipse iudas dixit/Salame
lech:verbũ salutatorium/per quod tot⁹ mũ
dus ex ꝑcepto romanoꝝ se salutabat.[Dix
itqꝫ illi ihesus.[Amice/ad quid venisti?].
Per antiphrasin intelligitur/id est per con/
trarietatem:quasi non amicus qui tales ho
stes adducit.Vel amicus per cognitionē
non amicus per operationem.Ad quid ve/
nisti/subauditur perfice.Siue vt alius euã
gelista dicit.Osculo filium hominis tradis
Quod signum pacis apud cunctas gẽtes
est in discordiã conuertis. Constituerunt
autem antiqui hoc signum pacis esse/vt iũ
gerentur illi quos homines solent facere cõ
cordare/aut discordare.Et esset hoc signum
sicut nos duo membra iungim⁹ :sic om̃ia
membra erunt vnũ .[Tunc accesserunt et
manus iniecerunt in ihesum].Ante factuꝫ
est quod Ioannes refert:quia cum dixit eis
ego sum/abierunt retro sicut inuiti solẽt rue
re:⁊ ceciderunt in terram.Et cum habuerũt
diuisos discipulos/tunc ligauerunt eũ. O
miseri/qui debueratis osculari pedes eius:
manus ligastis.[Et ecce vnus ex his q̃ erãt
cum ihesu/extendens manum exemit gla/
dium].Petrus hoc fecit eodem ardore fidei
quo ⁊ cetera.Placuit autem domino ita fie
ri/vt omnes cognoscerent quod ipse nollet
se defendere:⁊ vt facta virtute/dimitterent
discipuli.[Et percutiens seruum principis
sacerdotum /amputauit auriculam eius].
Quid cogitasti princeps sacerdotum/quã
do vidisti seruum tuum sanum:⁊ illum qui
hoc fecit morti adiudicasti.Typice/Malch⁹
interpretatur rex.Et populus iud eorum q̃

rex debuit esse se regendo/seruus peccati fa
ctus est. Et perdidit auriculā eius dextrā].
Per quam dei audire precepta debuit: sed
eis dn̄s restituit/qui credere voluerunt ex
eis. [Ait illis Jhesus. Oēs em̄ q̄ acceperit
gladiū/subauditur ad malefaciendū: gladio
peribunt]. Si non materiali gladio/gladio
inuisibili: siue verbi dei gladio. Sed ⁊ fre-
quēter videmus: quod is qui iniuste aliquē
occidit/nisi pn̄iam agat/frequenter ⁊ ip̄e in
presenti moritur. Ipsa videt̄ esse sententia/
quā ipse ad Noe locutus est dicens. Qui-
cunq̄ effuderit humanū sanguinē/fundetur
sanguis illius. [An putas quia non possuz
rogare patrē meū: ⁊ exhibebit mihi mō pl⁹
quam duodecim legiones angeloꝝ]. Non
est mihi necessarium auxilium duodecī apo
stoloꝝ: qui possum habere si volo duodeciz
legiones angelorum. Nec dꝫ hr̄e duodecim
sed duodecim legiones. Una legio apd̄ an
tiquos sex milib⁹ ꝯplebat̄: quod sūt septua
ginta duo angeloꝝ: in quot gentes lingue
diuise sunt. Contra vnamquamq̄ gentem
possum habere vnam legionem angelorum
Frustra ꝓphete prophetauerūt: nisi sicut ip̄i
ꝓphetauerunt/ego faciam. [In illa hora dix
it Jhesus turbis. Tanquam ad latronem
existis cum gladijs ⁊ fustib⁹]. [Venerant
ad resistendum/si aliquis eum vellet libera
re de turbis. Nā discipuli n̄ habebant gla-
dios/nisi illos duos quos emerant: q̄ȝ nul-
lus iudeus arma ad bellandum portabat.
Apparet ⁊ istos romanos ad predicationez
domini retro venisse/quib⁹ ista loquebatur
Nam de principibus iudeoꝝ null⁹ ibi erat
nisi serui eoꝝ: qui venerant vt renunciarent
dominis suis/si romāi voluntatē habuissēt
ꝯphendere illū. Non em̄ certi erant/si cōpre
henderet̄. [Hec est hora vr̄a]. Oīs q̄ male
agit/odit lucē: ⁊ oēs malefactores/pl⁹ amāt
noctē quā diē. [Hoc aūt totū fac. ū ē]. Tra
ditio/hoc est ꝯphensio. De traditiōe dic̄. ps
Qui edebat panes meos/magnificauit ad
uersum me supplantationē. De ꝯphensiōe
Sicut ouis ad occisionē ducet̄. [Tūc disci
puli oēs relicto eo fugerūt]. Impleta sunt
ꝟba dn̄i dicētis. Scādalū patiemini in me
in ista nocte. Permisit eos fugere sicut pi⁹
mgr̄: ⁊ dedit se ad discrimina. [At illi tenē-
tes Jhesum/duxerūt eū ad Cayphā p̄nci-
pē sacerdotū: vbi scribe ⁊ pharisei conuene
rant]. Mathe⁹ sūmatim narrat: sed Joānes
d̄t/q̄ȝ adduct⁹ est primū ad Annā: q̄ȝ in via
erat venientib⁹: ⁊ fuerat preterito anno sum
m⁹ sacerdos. Deinde adductus est ad do-
mū Cayphe: qui erat ipso anno summ⁹ sa-
cerdos. Dn̄s em̄ p̄ceperat/vt summ⁹ sacer-
dos quādiu viueret/locū summi sacerdotij
obtineret. Sed Herodes vt munera cape
ret adinuenit/vt nihil amplius haberet po-
testatem nisi vno anno/nisi iteꝝ redimeret.
Et romani postea ita fecerunt/quamdiu ip̄e
locus stetit. Ad istum ergo quia princeps
sacerdotū erat ꝑ redemptionem ꝯuenerunt
alij primores: ⁊ ibi falso iudicatus est mor-
ti: ⁊ de isto ductus est in pretoriū. ¶ Ob h̄
ꝛ interpretatur heres. Maria magdalena
soror Lazari. Joanna vxor Chuzi ꝑcurato
ris Herodis: Maria Jacobi / soror sancte
Marie.

Eiusdem Christiani in Joannē per modū
Epithomatis expositiuncula.

GRatiā pro gra
tia. i. primo fidē / dein̄ remissi
onē pctōꝝ: ꝛ vitā eternā. De
plenitudine eius misericor-
die accepim⁹. Lex p̄ Moysē
data est, ostēsa pctā: hoc est remissio pctōꝝ
Ueritas / cognitio ipi⁹ ꝛ vite eterne datio.
Trinitas vn⁹ de⁹ misit Joannē baptizare:
ꝛ Joannes aliqua nouerat de dn̄o: aliq̄ esse
doct⁹ in baptismo: vicꝫ qꝛ ipe p̄ oēs suos ser
uos esset baptizaturus: ꝛ ipius baptismus
diceret̃ nō alicuius. Dolus est cū aliud agi
t̃ ꝛ aliđ fingit̃. In nathanabele ꝯfessionē pec
cati laudauit. folia ficulnee intelligunt̃ pctā

Nathanabel / ꝑpls q̄ de iudeis credidit desi
gnat̃. phylipp⁹ / p̄dicatores. Angeli / p̄dicato
res: ascendentes supra filium hoīs / supra ec
clesiam suā. Ascendentē vnūquemqꝫ / vt pau
lus. Qui audiuit (ait) vba in paradyso / que
non licet homini loqui. Descendentē / cū dt
Non potui loqui vobis tanquā spiritalib⁹
sed quasi carnalib⁹. [Stabat ioānes] id est
in persecutione virtutū: vnde merebat̃ celsi-
tudinem considerare diuinitatis. Stabant
discipuli: qꝛ mgr̄m eius sequebant̃ in bonꝭ
[Uidens ihesuꝫ ambulantē] Hoc est in ter
ra cum hominib⁹ conuersantem / ꝛ ꝑfectum
vite demonstrantē. [Agnus]: quia immola
turuū erat pro nobis / ꝛ la nis sui vellerꝭ lar
giturs exempla virtutum. Bene duo disci-
puli: quia qui dn̄m sequit̃ / gemine charitatꝭ
munere ornatus debet incedere. Uidit illos
quia qui intentionem bonam hn̄t / dn̄s ꝛ ap
probat ꝛ adiuuat. Qđ mansionem ei⁹ inq̄-
sierunt / docent vt om̄es qui dn̄m opere seq̄n
tur / p̄ vita eterna hoc agant. Hora erat de-
cima: quia qui ad domini mansionē vult ve
nire / legem que in decem vbis cōprehendit̃
debet habere consummatā. Die vno māse
runt: q̄a melior est dies vna in atrijs tuis /
super milia. Sicut Andreas frēm suum ad
dn̄m adduxit / sic vnusquisqꝫ ꝑximum suum
debet ad dominuꝫ ducere. Intuitus eū ihe
sus in interiorib⁹ oculis cordis: ꝛ nomē qđ
a parentib⁹ acceperat / dicit: ꝛ nomen qđ ec-
clesie congrue vel fundamento īposuit. Di
co christū ihesum ministrū fuisse circumcisi
onis / id est executorem. Nathanabel / dom⁹
dei vel deus meus. Die tertia / tertia etate
seculi. Primo ante legem / patriarcharum ex
emplo: secundo sub lege / scriptꝭ ꝑphetaruꝫ:
tertia / sub gratia euangelij. Mater domini /
synagoga. mulier / Eua appellata est: statim
vt facta inquit. Formauit eam in mulierem
Uasa sex / lapidea corda sunt sanctorum: q̄
posita sunt ad exemplum credentibus / per
sex seculi etates. Scđm purificationem iu-
deorum. Quia illis data solis est lex. Me-
tretas binas / dilectionem dei ꝛ ꝑximi. Ter
nas / ꝑpter mysterium trinitatis: ministri / a-
postoli. Implendo / id est intelligendo. Pri-

ma hydria sub Abel: secunda sub Noe: tertia sub Abraham: quarta sub Dauid: quīta sub Jhesu/populus de captiuitate reductus. per septuaginta annos plenitudinez bonorum operum: per dona spiritussancti vita intelligigitur. Sexta etate dn̄s apparuit qui ipsam aquā in vinū mutauit. Triclinium est/tres ordines in ecclesia: coniugatorum/continentium/doctorum. Per colūbam spiritussanctus accipitur. per boues p̄dicatores. per oues/plebs. Quadraginta sex annis: quia Christus de adam erat: Et adam interpretatur ibi q̄draginta sex. Boues/doctrina celestis: oues/opera munditie et pietatis. columbe/spiritus intelligit. Vēdunt boues/qui doctrinam dei pro terreno questu impendunt. vendūt oues/qui ꝓ humano fauore opera pietatis exercēt. vendūt columbas/qui gratiam spiritussancti pro p̄cio ac ꝓ vulgi opinione tradūt: nūmos vendunt/qui aperte terrenis rebꝫ inseruiunt. Funiculi/multitudo pctōꝝ. effudit es/qui aufert figuras rerum quas dilexerunt. Prima edificatio templi/sub Salomone septem annoꝝ. Sub Zorobabel/quadraginta sex annoꝝ. Et conceptio hominis in vtero/sex diebus lactis similitudinem habet: nouē/sanguinis: in duodecimo solidat: in octauo decimo firmatur: sex ꝛ nouem ꝛ duodecim et decem ꝛ octo quadragintaquinqꝫ sunt. Ad de vnū quo in membra diuiditur/q̄dragita sex fiūt. Nichodem⁹ interpretat

[Si terrena dixi vobis]. Hoc est soluite tēplum hoc. [Celestia]. Spiritus vbi vult spirat. [Et nemo ascendit in celū/nisi qui descendit]. De purificatione/id est ꝑ baptismū/vtrū. Joannes ante christus esset melior. Non em̄ ad mensuram dat deus spiritū id est filio. Hominibꝫ vero alij datur ꝑ spiritū in sermone sapientie: ꝛ reliqua. Pr̄ diligit filium: ꝛ omnia dedit ei in manū: vt sit equalis patri subauditur. Enon dedicatio: et cehe: salim: sichar/conclusio:

Sichez humerus. Fatigat ex itinere. Carnis assumptio/iter ipsius: hora sexta/sextam etatem seculi significat. ad puteum/ad ꝓfundū nostre habitationis. mulier/ecclesia de gentibus: Hydria/cupiditas: aqua voluptas seculi. Donum dei/spiritussanctus: aq fons vite: quinqꝫ viri/quinqꝫ sensus corporis. Messores/ꝓphete ꝛ patriarche designāt deorsum semine nati/apostoli surrexerunt: simul gaudeat qui seminat/ꝛ qui metet: apostoli ꝛ prophete: adnunciant christiani paganis: biduo mansit/geminū charitatis preceptum dedit: hoc est filio audire quod esse/ꝛ hoc videre quod esse. [De morte ad vitā]. A morte infidelitatis ad vitam fidei. [Qui audierint viuent]. Id est qui obaudierint vel obedierint. Dedit filio vitam/id est genuit filium: qui esset vita in semetipso: gignēdo dedit. De ista resurrectione animaꝝ dicebant heretici iam factam. [Pater non iudicat quemquā]. Quia forma serui que iudicata est/iudicabit in fine: et non ibi videbitur diuinitas. Non facio voluntatem meā/hoc est solum meam. Omnia demonstrat filio non faciendo: demonstrat filio/sed demonstrando facit per filium pater: vnū est facere ꝛ demonstrare maiora demōstrabit ei. Assumpto omnia: id est resurrectionem corpoꝝ. [Sic pater suscitat mortuos sic ꝛ filius quos vult viuificat]. Id est sic de resurrectione animarum in resurrectiōe corporum. [Pater non iudicat quemquam]. Stadijs vigintiquinqꝫ legem significat: q2 quinquies quini/vigintiquinqꝫ faciūt. Sz huic legi antequam euangelium veniret deerat perfectio. Perfectio autez in senario numero ꝯprehendit: quia deus sex diebꝫ mundū perfecit. Et quinqꝫ per sex multiplicentur vt lex per euangelium impleat: q2 sexies q̄nqꝫ. xxx. faciunt. [Venit christus]. Primo summatim dicit/postea recapitulat quō venerit/ꝛ ostendit: quia pedibꝫ ip̄m mare trāsijt/non per nauim. [Deus pater signauit] Signum ponere/consignare. Dixerunt iudei. Moyses dedit manna/tu hordeū. [Dē qd̄ dat mihi pater/non eiciam foras]. De illa vita eterna vnde dictū est: intra in gaudium domini. [Qui manducat carnem meā ꝛ bibit sanguinem meum]. Hoc est qui manet in me/ꝛ ego in eo. Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat]. Tunc intel

ligitis non, de carne corporis dixisse: quia caro hominis ad manducandū nihil ꝓdest Manet quis in deo/cū eius membrum est: manet ipse in nobis/cum sum⁹ templū ei⁹. Qui perseuerauerit/hic saluus erit. [Nolebat ambulare in iudeam]. Exemplum prebebat suis. [Tempus meū nōdū aduenit]. Tempus exultationis/qđ erit in die iuditij vel tempus passionis. [Ad diē festū hunc]. Ubi gloriam humanā queratis. Scenofegia] est in isto mundo tanquā in deserto: et christus latet. [Ubi sum vos non potestis venire]. Non dixit vbi ero: sed vbi sum per diuinitatē. [Si q̄s sitit fluenta aque viue]. Charismtum/dona vel charitas intelligitur Nondum spiritus datus sic ꝓfuse/sic̄ post resurrectionem suam. quia charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spm̄ sctm̄ qui datus est nob;. Quare post resurrectionē? quia perfectiores erant apostoli ad custodiēdum spiritum: vt in resurrectione nr̄a flagret [Oues meevocem meam audiunt]. Hoc ē qui perseuerauerit: ⁊ reliqua. [Ego veni vt vitam habeant eternā]. Ingredientes in ecclesiam: vt abundantius habeant in vita eterna. Ingrediunt̄ per fidem in ecclesiam: egredietur/ad vitam eternam. [Sicut nouit me pater/⁊ ego agnosco pr̄em]. In hoc constat qui cognosco pr̄em ⁊ cognoscor a pr̄e. [Animam meā pono pro ouib⁹ meis]. Id est ea
E charitate qua pro ouib⁹ meis morior: quantū pr̄em diligam ostendo. [Facta sunt encenia]. Per tres vices celebrabant iudei enceniorū diem. Unū/qn̄ Salomō dedicauit tēplum in mense octobri: decimo die eiusdem mensis. Scđo/qn̄ ab his dedicatū est q̄ de Babilone venerant. Tertio/qn̄ a Juda machabeo iterū dedicatū est: id est in decembri vigesima quinta die eiusdem mensis. [Pater clarifica filiū tuum]. Similitudinem dedit nobis: in temptatione q̄d agere ⁊ dicere debeamus. [Et clarificaui]. Hoc est ante secula: ⁊ est quando stellam magi ad eū demōstrandū viderunt: ⁊ cum spiritus in specie columbe super eum apparuit: ⁊ cū in monte transfiguratus est. [Clarificabo]. Cum resurget ⁊ ascendet in celum. [Nunc iuditium est mundi]. Juditiū hic discretionis accipitur: vt psalmista. [Nunc princeps hui⁹ mūdi]. Id est dyabolus. [Eiciet̄ foras]. Uicz de cordibus electorum multorum. [Omnia traham ad meipm̄]. Id est om̄ia de quibus dyabolus erit eiectus. Non dixit oīs Si omnia: corpus ⁊ animā/⁊ reliqua omnia predestinata/vel electa. [Si exaltatus fuero]. Si/pro cum. [Quis est iste fili⁹ hominis]. Superius dixit/ venit hora vt glorificetur filius homin;: ⁊ dixit. [Adhuc modicum lumen in vobis est]. Quasi dixerit christus in domo manet in eternū. [Ne tenebre vos compħendant]. Hoc est si negaueritis eius humanitatem. Propterea non poterant credere. Ubi intelligendū est/q2 nolebant: quemadmodum dictum est domino: si non credimus illi/ille fidelis est: negare seipm̄ non potest: non quia mutari homines: sed quod vitalia sapiunt/non p̄nt credere. [Ego non iudico quemquā]. Hoc est modo. [Uerbū qđ locutus sum]. Id ē me ipm̄. [Dedit filio vitam] id est gignendo. [Nunc clarificatus est filius hominis] Qr exeunte immūdo/om̄es mundi remanserūt. [Et continuo clarificabit eum]. Scz passione ⁊ resurrectione sua. [Queritis me: ⁊ sic̄ dixi iudeis: quo ego vado/vos non potest; venire: ⁊ vobis dico modo]. Judeis autem nō dixit/mō subaudit̄. [Si quomin⁹ dixissem]. Hoc est si alicubi nisi in domo patris mei fuissent multe mansiones parate: dixissem vobis. Parauit nobis dū ꝑ nob; mortuus est. [Si abiero]. Hoc est ꝑ carnis absentiā. [Philippe qui videt me]. Tanquaz melior esset pr̄: cupiebat videre subauditur. [Maiora faciet]. Etiā in salute gentiū quo facerent dixit. [Qr ad pr̄em vado ⁊ qđ petieritis/hoc faciā. Et aliū paraclytū]. Hoc est vt plus habeant. [Rogabo pr̄em]. Per humanitatē: dabo ꝑ diuinitatē. [Ego viuo] Mox ꝑ resurrectionē immortalis. [Et vos viuetis]. In fine immortales. [Qui h; mādata mea]. Id est in memoria. [Et seruat] Id ē in opere. [Diligā eū]. Hoc est vt ꝑueniat ad visionem veritatis. [Et manifestabo ei meipm̄]. Subauditur ꝑ candē chari

tatẽ.[Et ſmo q̃ ipe eſt].¶ Pacem].In p̄/
ma nõ dixit meã/ſed in ſecunda: ⁊ iſta ẽ mũ
dana:illa/ꝑpetua.[Propter ꝟbũ qḋ locut⁹
ſũ vobꝫ].h̃ ẽ credulitatꝫ:qꝛ ſine ꝟbo/ nihil ẽ
baptiſm⁹.Manere nos in chriſto/⁊ chriſtũ
in nobis. hoc eſt nobꝫ ꝓdeſt/ nõ illi.[Prece
pta pr̃is ſuaui]. Hoc ẽ vt morerer ꝑ hoı̃m
[Gaudiũ vr̃m impleat̃].Hoc eſt hr̃e cõſor/
tiũ cũ ipſo.Aliud eſt eſſe ſeruũ timoris:aliḋ
amoris.[Oia nota feci vobis]. Signifi/
cat qḋ ſe ſciebat eſſe facturũ.¶ Eatis volẽ/
do:fructũ afferatis opãdo.[Si non veniſ
ſem pctm̃ non hr̃ent].Hoc eſt pctm̃ incre/
dulitatis quo deſpexerunt credere in eũ:vl'
homicidij/quo eũ occiderunt[A pr̃e ꝓcedit
⁊ ego mittã].Unũ eſt:qꝛ ꝓcedit a pr̃e ⁊ fi/
lio/⁊ venit ſua ſponte.[Perhibebit de me].
Hoc eſt vt faciat eos credere in me. [Hec
ab inicio non dixi]Hoc eſt de ꝓmiſſiõe ſan
ctiſpiritus:vel de expulſione ſynagoge: vl'
de occiſione:⁊ reliqua.[Jlle arguet mundũ]
Arguet ille ſpiritus veritatis de his mdm:
ſed ſolummõ iudeam: tanquã ſi diceret/ille
infundet in vr̃is cordib⁹ charitatẽ. [Nat⁹
eſt homo in mdm].Subaudiendũ eſt / vel
Chriſtus ſurrexit:vel eccleſia parturiet fili/
os in vitã eternã.[Me non rogabitis].Jd
eſt non interrogabitis.[Non petiſtis quic/
quã]. Hoc eſt qꝛ in nomine iheſu nõ petie/
rũt.[Non rogabitis].Hoc de futuro dixit
q̃ ſufficienter habebunt.[Qꝛ vos me ama
ſtis].Subauditur.Pater pri⁹ amauit gra
tuitu:⁊ effecit vt crederent in filiũ : ⁊ ama/
rent eum.[Exiui a patre].Subaudiendũ
eſt:qꝛ in ea forma qua equal' eſt pr̃i:⁊ in aſſũ
pta creatura minoꝛ apparuit.[Et veni ĩ mũ/
dũ].hoc eſt in forma ſerui:hui⁹ mdi amato/
rib⁹ ꝓbuit.[Reliq̃ mdm].Jd eſt hũanitatẽ
ad pr̃is maieſtatẽ adduxit. [Ecce nũc palã
loqueris].Putabãt apl'i adhuc rudes palã
fuiſſe:qꝛ ꝓfũditatẽ dator̃ capere non vale/
bãt.[Nũc ſcim⁹].Dñs ſciẽs cogitatões eo
rũ/locut⁹ eſt de his q̃ ipi interrogare vole/
bãt.[Mõ creditꝫ inq̃t iheſus:ecce venit ho
ra/⁊ iã venit:vt diſꝑgamini vnuſq̃ſq; in pro
pria].Hoc ſubaudiendũ/in infidelitatis ti
morẽ.[Jn me pacẽ habeatis].i.fidẽ nõ deſi
deratis:vel etiã inter ſuos pacẽ habeãt/⁊ ſe
amẽt.[Claritatẽ quã dediſti mihi dedi eis]
Hoc eſt cognitionem oı̄potẽtꝫ pr̃is in filio.
[Trãs torrentẽ Cedrõ].Cedron / genitiu⁹
grec⁹ pluralꝫ ẽ:qḋ põt dici cedror̃.[Aut ad
ſequentes dies vos aſcẽdite/ego nõ aſcẽdã]
vicꝫ ad iſtum p̄mũ aſcẽdit.[Ueni vt q̃ non
vidẽt videant]. Et q̃ videbãt.i.videre puta
bãt noluerũt in eũ credere:⁊ ideo ceci ꝑmã/
ſerũt.Monumẽtũ dei dicit̃ ab euãgeliſtꝫ lo F
c⁹ rotũdus:ad cui⁹ oſtiũ aduolut⁹ fuit lapꝫ
Sepulchrũ ꝟo dicit̃ loc⁹ in ipſo tegurio/in
aq̃lonãri ꝑte monumẽti:in q̃ dñicũ corp⁹ q̃/
euit.Lapis reuolut⁹ diuiſus eſt/⁊ duo alta
ria deſuꝑ facta ſunt.¶ Sepulchr̃ ſctẽ ma
rie eſt in valle Joſaphat:in baſilica in qua
aliq̃n ſepulta fuit.Sed de eodem ſepulchro
quõ vel quo tꝑe/an a q̃b⁹ ꝑſonis ſctm̃ corpu
ſculũ ei⁹ ſit ablatũ/null⁹ põt referre ꝑ certo
¶ Corpus Symeonis ⁊ Joſeph Baioli
dñi in ipſa valle/in alia Baſilica ſepulta ſũt
inter montẽ Syon ⁊ montẽ Oliueti/in val
le Joſaphat.¶ Sal terre dicit̃:q̃ in terra ĩ
uenit̃:⁊ nõ fit de aqua.Unde dñs. Uos
eſtis ſal terra.¶ Jn draconitida regione eſt
fons cui nomẽ fiala:vñ oriunt̃ fontes ſubt̃
ranei/centũ viginti ſtadijs vſq; ad ceſaream
Phylippi:q̃ ⁊ paneas dicta eſt a panio mon
te:vbi diuiſi oriunt̃ ioꝛ/⁊ dan.Et poſt pau/
lulum iungunt̃ ⁊ fit fluui⁹ centũ viginti ſta
dijs vſq; ad vrbẽ Juliã:⁊ tũc facit lacũ ge/
neſar:q̃ ⁊ chẽnereth vocat̃.¶ De locuſtis:
⁊ mel ſilueſtre.Locuſte ſunt in ipa terra mi
nimũ gen⁹:quar̃ corpuſcula in modũ digi
ti man⁹/exilia ⁊ breuia ſunt.Et qꝛ ear̃ bre/
uis eſt volat⁹/ſimiles ſunt ſaltib⁹ leuiũ rana
rũ:⁊ facile in herbis rapiunt̃ ⁊ cocte in oleo
victũ ꝓbẽt pauper̃.De melle vero ſilueſtri.
Sũt arbores ꝑue/lata ⁊ rotũda hñtes fo/
lia/lactꝫ colorẽ/⁊ ſaporꝫ mellei:q̃r̃ folior̃ na
tura fragilis valde eſt:⁊ q̃ volunt ꝯmedere
ea/primũ manib⁹ confricãt/deiñ cõedunt:⁊
hoc eſt mel ſilueſtre in ſiluis reꝑtũ.¶ Loc⁹
vbi dñs quinq; milia hoı̃m pauit/citra ma
re galilee eſt:⁊ poſt artatũ hñs fontẽ: de q̃
bibunt ipi q̃ ſunt capharnaũ/ſec⁹ lacũ chẽ/
nereth.¶ Mons thaboꝛ /triginta ſtadijs.

sublimatur: super latus viginti quatuor/sb auditur stadijs.

Explicit sup Joannem.

¶ Homelia in caput.xiij.Mathei.



Umq3 dormirēt hoies/venit inimicus ꝛ supse minauit Zizaniā in medio tri tici/ꝛ abijt [.] Cū vero negligēti9 agerent ppositi ecclie: aut dor- mitionē mortis acciperent apli: venit dya- bolus ꝛ supseminauit eos qs malos filios dn̄s interpretatur. Sed recte querit/vtruz heretici sint: an male viuentes catholici? Pn̄t em̄ dici mali filij etiā heretici. q2 ex eo- dem semine euangelij ꝛ christi nomine pro creati: prauis opinionib9 ad falsa dogmata conuertunt. Sed qd dicit eos in medio tri tici seminatos: quasi vident illi significari/ q vnius ɔmunionis sunt. Uerunt̄m q2 dn̄s agrū ipm nō ecclīam ipam/sed hunc mōm i terpretatus est: bene intelligunt heretici. q non societate vni9 ecclie vel vnius fidei: s3 societate vni9 nomini christiani/in hoc mū do pmiscent bonis: vt illi q in eadem mali sunt: palea potius quam Zizania deputen tur: q2 palea etiā fundamentū ipm h3 cum frumento/radicēq3 cōmunē. In illa em̄ pla ne sagena qua cōcludunt boni pisces/ꝛ ma li: non absurde mali catholici intelliguntur Aliud em̄ est mare/qd magis mōm istū sig nificat: aliud sagena qd vnius fidei vel vni9 ecclie cōmunionē videt ostendere. Inter he reticos ꝛ malos catholicos hoc interest: qd heretici falsa crednut: illi autem vera cre- dentes/non viuunt ita vt credūt. ¶ Solet autem queri/etiam scismatici quō ab here- ticis distent: ꝛ hoc inueniri cu3 scismaticos nō fides diuersa faciat: s3 ɔmūionis disrup ta societas. Sed vtrū inter Zizania nume- randi sint dubitari pōt. Magis em̄ spicis corruptis vident esse similiores/sicut scrip- tū est. Uēto aūt corrūpet filius iniquus. vl paleis aristar fractis/vel scissis: ꝛ de segete abreptis. Quo em̄ altiores. i. supbiores: eo fragilioresq3 sunt. Nec tn̄ consequēs est/ vt ois heretic9 aut scismatic9 ab ecclia corpora liter separet. Si em̄ falsa de deo credit/ vel de aliqua parte doctrine que ad fidei ptinet edificationē/ita vt nō querentis cunctatiōe temptatus sit/sed inconcusse credentis: nec omnino scientis opinione atq3 errore discor- dans: hereticus est/ꝛ foris est animo/quā- uis intus corporaliter videat. Multos em̄ tales portat ecclesia: quia nō ita defendunt falsitatem sententie sue/vt intentā multitudi nem faciant. Qd si fecerint/tunc pelluntur Itē quicūq3 inuident bonis/ita vt querant excusationes excludendi eos aut degradā di: vel crimina sua sic defendere parāt: si ob iecta vel prodita fuerint vt etiā conuenticu lor segregationes vel ecclesie pturbationes cogitēt excitare/iam scismatici sunt/ꝛ ab vni tate in corde discissi: etiā si non inuentis ex- cusationib9 aut occultatis factis suis/sacra- mēto ecclesie corporali ɔuersatione socient. Quapropter illi soli catholici mali recte de- putant: q2 quāuis vera credant q ad fidei doctrinā ptinent: ꝛ si qd forte nesciunt ꝛ q- rendū existimant/salua pietate discutiunt si ne aliquo piudicio veritatis: ꝛ bonos vl qs bonos putāt amant atq3 honorant/ quan- tū pn̄t: tn̄ facinorose ꝛ flagitiose viuūt: con- tra quā viuendū est credunt. Tales em̄/etiā si pdant aut accusant: p disciplina ecclesie salutisq3 sue correcti vel a cōmunione suspē- si/nullomō recedendū licitū sibi esse a cōmu nione catholica estiment: sed quocūq3 pmissi fuerint satisfactionis querentes locū: ꝛ ali- qn̄ p pniam in frumentū mutant: siue cor- recti aut remoti/siue etiā verbo dei nullo no- minatim accusante aut increpāte perterriti. Aliqn̄ aūt/etiā sub nomine penitentie ita vi uunt vt solent: aut nō multo minus: quidā etiā ampli9: nullomō tn̄ a catholica vnitate discedūt. Quib9 ita viuentib9 si mors obre pserit/palee deputant vsq3 in finē. Hoc etiā ipsi credūt. Nā si aliter credūt ꝛ inconcusse tenēt: iā inter hereticos numerādi st: putan tes deū etiā omib9 in magna iniqtate vsq3 i finē vite pseuerantib9: tn̄ q2 vnitatē ecclesie non sincera dilectione vt bene viuerent/sed magis penarū timorē tenuerint/veniā datu

rum. Isti ergo non hoc credunt/vel non fir
miter opinant: sed si adhuc forsitan querūt
sed magis eos decipit spes dilationis/dum
se diutius victuros putant: ⁊ perditos mo
res aliquando in melius mutaturos. Con-
tra quos dicitur. Ne tardes conuerti ad de
um: neqꝫ differas de die in diem. Subito
eñ veniet ira eius: ⁊ in tempore vindicte di
sperdet te. Illi eñ conuertunt: qui recte vi-
uere incipiunt. Hoc est eñ redire ad deum
Qui aūt concupiscentias suas perseueran-
ter sequuntur/dorsum quodāmodo ad deū
hñt: quamuis in vnitate positi/sepe illum re
tro collo conent aspicere. Ergo ⁊ isti iuxta
ꝓphetam caro sunt spiritus: ambulans ⁊ nō
reuertens. Sed tñ vt dictum est/propter eā
dem vnitatem atqꝫ fidem ecclesie/neqꝫ inter
zizania: quoniam illa ex terra radicata sūt:
neqꝫ inter aristarum paleam: que se etiaꝫ fru
mentis gaudet aspera dissensione/ ⁊ fragili
elatione super imponere. Sed quāuis sub-
iecta frumentis: tamen inter paleam que vl
tima ventilatione separanda est numerātur
Boni aūt catholici sunt: qui ⁊ fidem integrā
sequuntur/ ⁊ bonos mores: ⁊ quod ad fidei
doctrinam pertinet. ita querunt si quod que
rendū habent vt absit concertatio periculo-
sa: vel querenti vel cum quo queritur vł eis
qui disserentes audiunt. Ita aūt docent: si
quod docendum habent vt vsitata/vt con-
firmata/securissime ⁊ fidentissime ⁊ lenissime
vt possunt insinuent. Inusitata vero (etiam
si veritatis manifestatione liquidissima per
ceperunt) querendi potius quam precipien-
di/aut affirmandi modo propter audientis
infirmitatem. Si eñ tantū habet pondus
aliquod verum/vt vires discentis excedat:
suspendendū est/vt extendat crescentē: non
imponendū vt obterat paruulū. Id est illō
dñi. Sed filius hominis cū venerit/putas
inuenet fidē sup terrā. Aliqñ aūt ⁊ occultā-
dū est: sed cū spe hortatoria vt non faciat de
speratio fragiliores: ꝫ desideriū capatiores
Iñ est eiusdē dñi. Multa habeo vobis di-
cere/sed non potestis illa portare mō. Qđ
vero ad mores ꝑtinet: hoc bene ⁊ breuit di-
citur. Aut confligendum est amore tempora

lium bonorum vt nō vincat. aut etiam edo-
mitus subditusqꝫ esse debet: vt cum surgere
ceperit facile reprimatur. aut ita extinctus/vt
se omnino nulla ex parte commoueat. Ex q̃
fit vt ipsam etiam mortem propter veritateꝫ
alij fortiter obtineant/alij equanimiter/alij
libenter. Que tria genera fructus sunt ferti
lis terre/triceni ⁊ sexageni ⁊ centeni. In ho
rum quoqꝫ genere inueniendus est tempore
mortis sue/si quis de hac vita recte cogitat
emigrare. Toleranda sunt aūt non solū ziza
nia vsqꝫ ad messem: que tunc dyabolus a-
spersis prauis erroribꝫ falsisqꝫ opinionibus
superseminasset. hoc est precedente nomine
christi heresis supiecisset. magis ipse latuit/
atqꝫ occultissimus factus est. hoc est enim:
⁊ abijt. Sed etiam palea/vsqꝫ ad ventilatio
nem. Nec probatur fortius grauitas frumē
torum/nisi palee ꝑturbationibꝫ. quas com-
primere non potuerit/veritate defessa/ cesse-
rit vnitate seruata. Quamquā in hac para-
bola dominꝰ sicut expositione conclusit: nō
quedam sed omnia scandala: ⁊ eos qui faci
unt iniquitatē/zizaniorum nomine signifi-
casse intelligitur. [Cum aūt creuisset herba
⁊ fructū fecisset: tunc apparuerunt zizania].
Cum eñ spiritalis homo esse ceperit diju-
dicans oīa: tunc ei possunt errores appare
re. [Serui aūt dixerunt ei. Uis imus. ⁊ col
ligimus ea]. Utrū ipsi sunt serui quos pau-
lo post messores appellat: an qꝛ in expositio-
ne parabole messores appellat/dixit esse an-
gelos. Nec quisquā ausus fuerit facile dice
re angelos nescisse/quis zizania supersemia-
uerit: ⁊ ea tunc apparuisse angelis cum her-
ba fructum fecisset. magis oportet intelligi
homines ipsos fideles/seruoꝝ nomine hoc
loco significatos: quo etiam bonum semen
dicit. Nec mirum/si ⁊ bonū semen ipsi dicū
tur/ ⁊ serui patrisfamilias: sicut ⁊ de se ait/
quod ⁊ ipse sit pastor. Et diuersis eñ signi
ficationibus vna res etiam plures ⁊ diuer-
sas similitudines recipit: preser tim quia cū
ad seruos loqueretur/ non ait. In tempore
messis dicam vobis. Colligite primum Zi
zania: Sed dicam (inquit) messoribus. Uñ
intelligitur colligendorum zizaniorum ad

comburendum alia esse mysteria: nec quemquam ecclesie filium debere arbitrari ad se hoc officiū ꝑtinere. Cum igitur esse q̇squis spiritalis ceperit/cognoscit errores hereticorū ⁊ omnino dijudicat atqꝫ discernit quicq̇d audierit aut legerit abhorrere a regula veritatis. Sed donec in eisdem spiritalibꝫ ꝑficiatur ⁊ quodammō maturescat: in fructu quē herba dedit potest eū mouere. Quare sub nomine christiano tā multe hereticoꝝ extiterint falsitates/inde est qḋ serui dicūt. Nōne bonū seminasti in agro tuo: vnde habet zizania? Deīn cū cognouerit hanc excogitasse dyabolum fraudē: cū contra nominis auctoritatem nihil se valere sentiret vt fallacias suas eodem nomīe obtegeret: potest ei voluntas suboriri/vt tales homines de rebꝫ humanis auferat si aliquā tp̄is habeat facultatem: sed facere debeat iustitiam dei/cōsulit vtrū hoc precipiat vel ꝑmittat: ⁊ hoc officium esse hoīm velit. Hinc est qḋ serui dicūt Vis imus/⁊ colligim⁹ ea. Quibꝫ qꝛ veritas ipsa respondit: non ita hoīem constitutū esse in hac vita/vt certus esse possit qualis quisqꝫ futurus sit postea/cuius in presentia cernit errorem: vel qḋ etiam error eius cōferat ad profectū bonoꝝ. Nonne talis auferēdus de hac vita est? ne cum malos interficere conatur bonos interficiat. Qḋ forte futuri sunt/aut bonis obsint: quibꝫ ⁊ inuiti forte vtiles sunt. Sed tunc oportune incipit fieri: cū iam in fine non restat vel tempus ꝯmutande vite/vel proficiendi ad veritatem ex occasione atqꝫ comparatione erroris alieni. Tunc aūt hoc non ab hoībꝫ/sed ab angelis fieri dinoscitur. Inde est quod respondꝫ prfamilias. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul ⁊ triticum. Sed in tp̄e messis: dicam messoribꝫ. ⁊c. Atqꝫ hoc modo patientissimos ⁊ tranquillissimos reddidit Queri aūt pōt qḋ ait. Alligate fasciculos ad comburendū. Cur nō vnū fascē/aut vnū aceruū zizaniorum fieri dixerit? Nisi propt varietatē hereticoꝝ: ⁊ non solū a tritico/verꝫ etiā a seipsis discrepantiū. Ipsa vniuscuiusqꝫ hereseos conuenticula in q̇bꝫ singillatim sua communione deuincti sunt/ nomine fasciculoꝝ significauit: vt iam tunc incipiant alligari ad comburendū/cū catholica cōmunione segregati: suas ꝓprias quasi ecclesias habere ceperint: vt combustio earū sit in fine seculi: non aligatio fasciculoꝝ. Sed si ita esset/non iam multe resipiscendo/⁊ in catholicā remeando ab errore discernit. Quapropter ⁊ alligatio fasciculoꝝ in fine futura est vt non confuse sed ꝓ mō ꝑuersitatis sue vniuscuiusqꝫ erroris pertinacia puniatur. [Ne forte colligentes zizaniā/eradicetis simul ⁊ triticum]. Utrū qꝛ etiā boni cū adhuc infirmi sunt opus habent in quibusdam maloꝝ cōmixtionem: siue vt per eos exerceantur/siue vt eoꝝ comparatione magna illis exhortatio fiat: vt nitantur ad melius: quibꝫ sublata altitudo charitatis/quasi euulsa marcescat: qḋ est eradicari. Nam sic apl's ait/vt in charitate radicati ⁊ fundati/ possitis cōprehendere: an forte ideo simul eradicatur triticum cū auferuntur zizania: qꝛ multi primo Zizania sunt/⁊ postea triticum fiunt. Qui nisi paciēter cum mali sunt tollerent: ad laudabilem mutationem non perueniunt. Itaqꝫ si euulsi fuerint simꝉ eradicat ⁊ triticū: qḋ ꝓbaturi essent si eis non parceretur. prestāte ⁊ adiuuante dño nr̄o ihesu christo/qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Incipit epistola sancti Martini epi ad Mironē regem de quatuor virtutibus


Gloriosissimo ac trāquillissimo ⁊ insigni catholice fidei predito pietate Mironi regi Gothoꝝ: Martin⁹ eps. Non ignoro clementissime rex fraglantissimam animi tui sitim/ sapientie insatiabiliter poculis inhiare:

eaq; te ardenter quibus moralis scientie
riuuli manant fluenta requirere: ⁊ ob hoc
humilitatē meā tuis sepius litteris ammo-
nes/ vt dignationi tue crebro aliq̄d ꝑ episto-
lam scribens/aut consolationis aut exhor-
tationis alicuius ⁊ qualiacunq; sint afferā
dicta. Sed quāuis hoc a me laudabile tue
pietatis exigat studium: scito tñ tenuitatis
mee insolentē a cautis inpingi ꝓteruiam/ si
regalis reuerentie grauitatē: aut assiduis
aut vilib⁹ (vt libet) dictis attingā. Et iđo ne
aut ego licentiā pie inuitationis abuterer
loquendo/aut vr̄o magis desiderio obsiste
rē reticendo: nulla hunc libellū sophismatu
ostentatione politū: sed planitie pure simpli
citatis excerptum: capacib⁹ fidenꝫ auribus
obtuli recitandū. Quē nō tm̄ vr̄e specialiꝫ
institiuo potestati/cui naturalis sapientie sa
gacitas presto est: sed generaliter his conscri
psi/ quos ministerijs tuis astantes hec con-
uenit legere/intelligere ⁊ tenere. Titul⁹ aūt
libelli est/formula vite honeste. Quē idcir-
co tali volui vocabulo superscribi; quia nō
illa ardua ⁊ ꝑfecta/que a paucis ⁊ egregijs
deicolis patranꝫ/instituit. Sed ea magis
commonet/q̄ ⁊ sine diuinaꝝ scripturaꝝ pre-
ceptis/naturali tm̄ humane intelligentie le
ge/etiam a laicis recte honesteq; viuentib⁹/
valeant adimpleri.

¶ De Prudentia.

Quatuor virtutū species multoꝝ sapientium sen
tentijs definite sunt: q̄b⁹ anim⁹
human⁹ compt⁹/ad honestatē
vite possit accedere. Harū pri-
ma est prudentia: secunda Magnanimitas
tertia Continentia: quarta Iustitia. Sin-
gule igitur his officijs que subter adnixa sēt
honestū ac bene moratum virum efficiunt.
Quisquis igitur prudentiam sequi deside-
ras: tunc ꝑ rationem recte viues. si oīa p⁹
estimes ⁊ perpenses: ⁊ dignitatem reb⁹ nō
ex opinione multorum/sed ex earum natu-
ra constituas. Nam scire debes/quod que-
dam non videantur bona esse ⁊ sunt: que-
dam videantur ⁊ non sunt. Quecūq; autē
ex reb⁹ transitorijs possides/ non mireris/
nec magni estimes quod caducum est: nec
apud te que habes tanquā aliena seruabis
sed pro te tanquā tua ⁊ dispenses ⁊ vtaris
Si prudentiā amplecteris: vbiq; idē eris
⁊ prout reꝝ temporis varietas exigit/ita te
accommodes tempori. Nec te in aliquibus
mutes sed potius aptes: sicut manus q̄ ea-
dem est/ ⁊ cū in palmā extendiꝫ/ ⁊ cū in pug
nū astringitur. Prudentis ꝓpriū est/ exa-
minare consilia: ⁊ non cito facili credulitate
ad falsa prolabi. De dubijs non definias
sed suspensam tene sententiam. Nihil affir-
mes: quia non omne qđ verisimile est/ sta-
tim ⁊ verū est: sicut ⁊ sepius qđ primū incre
dibile videtur/non ꝯtinuo falsum est. Cre-
bro siquidem faciem mendacij veritas reti
net: crebro mendatiū specie veritatis ocul-
tatur. Nam sicut aliquotiens tristē frontē
amicus/ ⁊ blanda adulator ostendit: sic ve-
risimile coloratur: ⁊ vt fallat vel surripiat ꝯ
ponitur. Si prudens esse cupis/ in futura
ꝓspectū intende: ⁊ que possunt contingere
animo tuo cuncta ꝓpone. Nihil tibi subitū
sit: sed totū ante prospicies. Nam qui pru-
dens/ est non dicit: non putaui hoc fieri: q2
non dubitat sed expectat: nec suspicatur sed
cauet. Cuiuscūq; facti causam req̄re. cū ini-
tiaberis/ exitus cogitabis. Scito in q̄bus-
dam ꝑseuerare te debere/quia cepisti: que-
dam vero nec incipere/in quibus perseuera-
re sit noxium. Prudens falli non potest:
nec fallere vult. Opiniones tue iuditia
sint: cogitationes vagas/ ⁊ velut somnio si-
miles non recipias. Quibus si animum tu
um oblectaueris: cum omnia disposueris/
tristis remanebis. Sed cogitatio tua
stabilis sit et certa: siue deliberet siue con-
templetur ⁊ siue querat/ non recedat a ve-
ro. Sermo quoq; tuus non sit in-
anis: sed aut suadat/ aut moneat/aut cō
soletur/ aut precipiat. Lauda parce/
vitupera parcius. Nam similiter repreben-
sibilis est tā nimia laudatio/quā īmodera-
ta culpatio. Illa siquidem adulatione/ ista

malignitate suspecta est. Testimoniũ verita ti/non amicitie reddas. Cum consideratio ne pmitte: plenius quã pmiseris psta. Si prudens est animus tuus/trib9 temporibus dispenset. Presentia ordina: futura puide: pterita recordare. Nam qui nihil de preterito cogitat/pdit vitã: ꝛ qui nihil de futuro pmeditat/in oĩa incautus incidit. Propõe aũt animo tuo/mala futura/ꝛ bona: vt illa sustinere possis/ista moderare. Non semp in actu sis/sed interdũ animo tuo reqẽm dato sed ꝛ requies ipsa plena sit sapientie studijs ꝛ cogitationib9 bonis. Nã prudens nũquã ocio marcet: animũ aliqñ remissum hꝫ/nũquã solutũ: accelerat tarda/perplexa expedit: ardua exequat/dura mollit. Scit eñ qua via q̃d adgredi debeat: ꝛ cito singła/ ꝛ districte vidꝫ ꝯsilia ĩpitorũ. Ex apertis obscura: existiato: ex pũulis magna: ex pxĩmis rmota: ex ptib9 tota. Nec te moueat dicẽtis auctoritas nec quis/sed q̃d dicat intendito: nec quam multis: sed qualib9 placeas cogita. Id seqre qḋ potest inueniri: id disce qḋ potest sciri: id opta qḋ optari corã bonis potest: nec altiori te rei imponas/in qua stanti tibi tremendũ/ descẽdenti cadendũ sit. Tunc cõsilia tibi salutaria aduoca/cum tibi alludit huius vite pspĕritas. Tunc te quasi in lubrico retinebis ac sistes: nec tibi dabis impetus liberos/sed circũspicies quo eundum sit: vel quousq̃.

De Magnanimitate.



Magnanimitas vero que ꝛ fortitudo dicitur Si inſit animo tuo: cũ magna fiducia viues/liber/intrepid9/alacer. Magnũ humãi animi bonũ est/non tremere: sed constare sibi: ꝛ finẽ hui9 vite intrepidũ expectare. Si magnanim9 fueris/nunquã iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices. nõ nocuit mihi: sed animũ nocendi habuit. Et cũ illũ in potestate tua habueris: vindictã putabis vindicare potuisse. Scito enim magnũ ꝛ honestũ vindicte genus/ignoscere. Neminem susurro appetas/neminẽ suffodias: palam aggredere: non geres conflictum nisi indixeris. Nã fraudes ꝛ doli/inbecillum decent. Eris magnanimus/si pericula nec appetas vt temerarius: nec formides vt timidus. Nam timidum non facit animum/nisi reprehensibilis vite conscientia.

¶ De Continentia.



Continentiã vero si diligis: circũcide supflua ꝛ in artũ desideria tua cõstringe. Considera tecũ quantũ natura poscat: non quantũ cupiditas expetat. Si continens fueris/ vsq̃ eo peruenies: vt teipso continentior sis. Nã q̃ sibiipsi satis est/cum diuitijs natus est. Inpone concupiscentie frenũ. Oĩa que sunt blandimento reice. Ede citra cruditatẽ Bibe citra ebrietatẽ: obserua/ne in cõuiuio vel in qualibet vite ꝯmunitate quos nõ imiteris/damnare videaris. Ne presentib9 delitijs inhereb is: nec desiderabis absentes. Victus tibi ex facili sit: nec ad voluptatem sed ad cibum accede: palatum tuum fames excitet/non sapores. Desideria tua paruo redime: quia tantũ hoc curare debes/vt desinant: atq̃ ita quasi ad exemplar diuinum compositus: a corpore ad spiritũ quantum potes adducere festina. Si continentiã studes/habita nomamene/sꝫ salubriter: nec dominũ notũ a domo velis esse/sꝫ domũ a domino. Non tibi affingas quod non es: nec maius quã es videri velis. Hoc magis obserua/vt ne paupertas tibi immunda sit/ nec parsimonia sordida: nec simplicitas neglecta: nec lenitas languida. Et si res tibi exigue sint/nõ sint tamẽ anguste: nec tua defleas/nec aliena mireris. Si continentiam diligis/turpia fugito antequam accidant: nec quemquam alium vereberis plus quam te.
¶ Oĩa tolerabilia pter turpitudinem crede A verbis quoq̃ turpibus abstineto: quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones vtiles magis quam facetos ꝛ affabiles ama. rectos potius quam obsecundan-

tes. Miscebis interdū serijs iocos: sed tēpatos. ⁊ sine detrimento dignitatis ac verecundie. Nā reprehensibilis risus est/si in modicus/si pueriliter effusus/si muliebriter factus. Mbilem quoq̄ hoīez facit risus aut superbus aut clarus aut malignus ⁊ furtiuus aut alienis malis euocatus. Si ergo tēpus iocos exigit/in his quoq̄ cū dignitate sapientie gere: vt te nec grauet quisquā asperum/nec contemnat tāquā vilem. Non erit tibi scurilis sed grata vrbanitas. Sales tui sine dente: sint ioci sine vilitate: risus sine cachinno: vox sine clamore: incessus sine tumultu. Quies tibi nō desidia erit: ⁊ cū ab alijs luditur/tu sancti aliquid honestiq̄ tractabis Si continens es adulationes deuita: sitq̄ tibi tam triste laudari a turpibꝫ/quā si lauderis ob turpia. Letior esto quotiens displices malis: ⁊ malorꝫ de te estimatiōes malas/veram tui laudationem ascribe. Difficillimū continentie opus est adsentationes adulantiū repellere: quorum sermones animū quadam voluptate resoluunt. Nullius per adsentationem amicitiā merearis: nec ad tuā ꝓmerendā ad te aditū alijs pandas. non eris audax: non arrogans: submittes te/non ꝓicies. Grauitate seruata ammoneberis libenter/reprehenderis patienter. Si merito te obiurgabit aliq̄s/scito q: ꝓfuit: si inmerito/scito quia ꝓdesse voluit: nō acerba/sed blanda verba timebis. Esto viciorū fugax: ipse ꝓo aliorꝫ neq̄ curiosus scrutator/neq̄ acerbꝫ reprehensor: sed sine exprobratione correptor: ita/vt ammonitionē hilaritate ꝓuenias: ⁊ errori facile veniā dato: nec extollas quēquā/nec deicias. ¶ Dicentiū esto tacitus auditor: audientiū ꝓmptus relator: req̄renti facile responde: contendenti facile cede: nec iniuriā disceptationis incēdas Si continens es: ⁊ animi tui ⁊ corporꝫ motus obserua: nec indecori sint: nec idō illos ꝯtemnas q: latent. Nam nihil differt si nemo videat/cū ipse illos videas: mobilꝭ esto non leuis: constans/non ꝑtinax. Alicuiꝰ rei scientiā te habere/nec ignotum sit nec molestū. Omēs tibi pares facias. Inferiores superbiendo non contemnas: sup̄iores recte viuendo non metuas: in reddenda officiositate/neq̄ negligas/neq̄ exactor appareas. Cunctis esto benignꝰ/nemini blandꝰ/paucis familiaris: omībꝫ equus. Seuerior esto iuditio/quā sermone/vita quam vultu: vltor clementie/seuitie detestator. Fame bone neq̄ tue seminator/neq̄ aliene inuidus. Rumoribꝫ criminibꝫ minime credulus: sed potius malignis q̄ ꝑ spēm simplicitatis ad nocendū aliquibꝫ surripiunt oppositissimꝰ. Ad iram tardus/ad misericordiam ꝓnus: in aduersis firmus: in ꝓsperis cautus ⁊ humilꝭ: occultator virtutū/sicut alij viciorꝫ: vane glorie contemptor: ⁊ bonorꝫ quibus preditꝰ es non acerbus exactor. Nullius imprudentiā despicias: rari sermonis ipse. Sꝫ loquentium patiens seuerꝰ ac serius: sed hylares nō aspernans: sapiētie cupidꝰ ac docilis. Que nosti/sine arrogantia postulanti impties: q̄ nescis/sine occultatione ignorantie tibi postula impartiri.

# IUstitia post hec

virtus est. Quid est aūt iustitia/nisi nature tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta? Et q̄d est iustitia. nisi nostra cōstitutio/seu diuina lex/aut vinculū societatis humane? In hac nō est quod estimemꝰ q̄d expediat. Expediet em̄/quicq̄d illa dictauerit. Si ergo hanc sectari desideras/time ꝓus deū/⁊ ama dn̄m/vt ameris ab eo. Amabis em̄ deū si illū in hoc imitaberis: vt velꝭ omībꝫ ꝓdesse/nulli nocere: ⁊ tunc te iustum virū appellabunt omnes: sequentꝛ/venerabūtur/⁊ diligent. Iustus enim vt sis/non solū non nocebis: sed etiā nocentes ꝓhibebis. Nā nihil nocere non est iustitia/sꝫ abstinentia alieni ē. Ab his ergo incipe vt nō auferas/⁊ ad maiora ꝓuehere/vt etiā ab alijs ablata restituas: raptoresq̄ ipos ne alijs timendi sint/castiga ⁊ cohibe. Ex nulla vocis ambiguitate cōtrouersiā nectas: sꝫ q̄litatē animi speculare. Nilꝭ tibi iītersit/an firmes an vires De religione ⁊ fide scias agi/vbicūq̄ de ꝓi

tate tractatur. Nam ꝛ si iureiurando deus non inuocetur: etiã non inuocãtis testis est Tũ non transeas veritatẽ: ne iustitie trãsẽas legem. Nõ ꝛ si aliqñ coarteris vti mẽdatio: vtere nõ ad falsitatẽ/ sed ad veri custodiam: ꝛ si contigerit fidelitatẽ mendatio redimi/ non mentieris: sed potius excusabis: q2 honestus tuus amicus quãuis honesta causa est/ iuitus secreta non prodet. Tacẽda enĩ tacet/ loquenda loquit̃: atq3 ita apta illi pax est: ꝛ secura tranquillitas: dũ mali a mal' vincuntur ab illo malo. Hec ergo si studere curaueris letus ꝛ intrepidus cursus tui finez expectans/ ꝓspities tristia huius mõi hilarꝫ tumultuosa quietus/ extrema securus. His ergo institutionibꝫ hec quatuoꝛ virtutũ species/ ꝑfectum te facient virũ: si mẽsurã rectitudinis eaꝝ equo viuendi fine seruaueris.

¶ Replicatio predictaꝝ virtutũ.

De prudentia.

¶ Nam prudentia si terminos suos excedat/ callidus ac pauendi acuminis eris inuestigatoꝛ latentium: ꝛ seruatoꝛ qualiumcũq3 noxarũ ostenderis: notaberis minutꝰ/ suspiciosus/ attentus: sꝑ aliquid timens/ semꝑ aliquid querens/ semꝑ aliquid conuincens. Et qui subtilissimas suspitiones tuas ad deprehensionem alicuius inpingas admissi: notaberis digito/ astu plenus/ versipellis/ et simplicitatis inimicus/ commendatoꝛ ꝫ culpaꝝ: ꝛ postremo vno nomine a cunctis/ malus homo vocaberis. In has ergo maculas prudentia inmensurata perducit. Quicũq3 in illa mediocri lance ꝑsistit: nec obtusũz in se hꝫ aliquid nec versutum.

¶ De magnanimitate.

¶ Magnanimitas si se extra modũ suum extollat/ faciet virũ minacẽ/ inflatum/ turbidũ/ inquietũ: ꝛ in quascunq3 excellentias dictoꝝ atq3 factoꝝ neglecta honestate festinũ. Qui momentis omnibꝫ supcilia erigens vt bestiarius: etiam quieta excitat/ aliũ ferit/ alium fugat. Sed quãuis audax sit impugnatoꝛ: tñ multa extra se valentia ferre non poterit: sed aut miseꝝ obtinet finẽ: aut erumnosam sui memoriã derelinquet. Mẽsura ğ magnanimitatis est/ nec timidum esse hominẽ nec audacem.

¶ De Continentia.


¶ Continentia deinde his terminis se astringit: caue ne parcus sis: ne suspitiose ꝛ timide manũ contrahas: ne in minimis quoq3 speculum ponas. Nam talis ꝛ tam circumcisa pudebit integritas. Hac ergo mediocritatis linea continẽtiã obseruabis: vt nec voluptati deditus/ prodigus aut luxuriosus appareas: nec auara tenacitate soꝛdidus aut obscurus existas.

¶ De Justitia

¶ Justitia postremo eo mediocritatis tenore tibi regenda est: ne ductu iugiter leni immotam semper animi rationem negligentia subsequatur: dum neq3 de magnis neq3 de minimis errantium vicijs coꝛrigendi curaꝫ geris: sed licentiã peccandi aut alludentibꝫ tibi blande: aut illudentibꝫ ꝓterue ꝑmittis neq3 rursum nimie rigiditatis asperitate/ nihil venie aut benignitatis reseruas. Societati humane dirꝰ appareas. Jta ergo amabilis iustitie regula tenenda est: vt reuerentia discipline eius/ neq3 nimia negligẽtie cõmunione despecta vilescat: neq3 seuioꝛi atrocitate durata/ gratiã humane amabilitatꝫ amittas. ¶ Si q̇s ğ vitã suã ad vtilitatẽ/ nõ tãtũ ꝓpriam/ sed ꝛ multoꝝ inculpabiliter asciscit desiderat: hanc predictaꝝ quatuoꝛ virtutuꝫ formulam ꝓ qualitatibꝫ tempoꝝ locoꝝ/ ꝑsonaꝝ/ atq3 causaꝝ: eo medietatis tramite teneat/ vt velut in quodam medullio summitatꝫ assistens/ quasi ꝑ abrupta altrinsecus p̃cipitia aut ruentẽ compos ipse deuitet insaniaꝫ aut deficientẽ contemnat ignauiam.

Explicit liber qui est formula honeste vite: editus de quatuoꝛ virtutibus/ a Sancto Martino epõ/ ad Mironem regem.

Excusum Argentotaci opera et Impensis probati viri Joannis Grüningeri. Anno incarnatõnis dominice M.v^c.xiiij. Mense Augusto: Die Decima.





Dom[illegible] Ihman
7814
[illegible]ier —
[illegible]abrw 149.